DE
FRANCISCI BACONIS VERULAMII
DOCTRINA POLITICA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
PRO SUMMIS
IN PHILOSOPHIA HONORIBUS
RITE SIBI CONCILIANDIS
DIE XX. MENS. SEPTEMBRIS A. MDCCCXXXXII.
HORA XII.
PUBLICE DEFENDET

CAROLUS FRIEDLAENDER
BEROLINENSIS.

ADVERSARII ERUNT:
FELIX AB BLUECHER, CAND. JUR.
ALEXIS SCHMIDT, DR. PHIL; THEOL. CAND.
CAROLUS GLASER.

BEROLINI, TYPIS JULII SITTENFELD.

VIRO SUMMUM REVERENDO

AVUNCULO DILECTISSIMO ET AMICISSIMO

HERMANNO JACOBSON

JUR. U. DOCT.

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

In scientiarum aeque ac rerum publicarum historia ea tempora iique viri, qui ob magnam quandam, quam attulerunt rerum commutationem et conversionem, inclaruere, nos excitant, ut peculiare studium iis cognoscendis impendamus. Quod cum in omnibus disciplinis, tum in philosophiae historia necesse est, cujus conversiones novis principiis emergentibus ortae, menti humanae nova itinera novosque campos aperuerunt. Inter eos viros, qui philosophiae hoc modo magno fuerunt commodo, Franciscus Baco non minimum obtinet locum, recentioris philosophiae ex multa parte auctor. Cum enim experientiae, per medium aevum praesertim, casui obnoxiae, in philosophia justos fines justumque usum redderet, eamque ad cogitationem referret, ita, ut etiam philosophiae legem daret ad modum et progressum experientiae incedendi et ad eam respiciendi; omnes scientias, ante alias eas, quae ad naturae cognitionem spectant, ad novam viam atque methodum inflexit, quae hodie quoque in philosophiam ceterasque scientias vim suam exercet. Sed quae Baco in disciplinis ad naturae cognitionem philosophicam pertinentibus, vel delineaverit, vel effecerit a doctissimis viris

illustrata atque perpensa [1]) denuo hic agere supervacaneum est. Novam potius nobis sumpsimus provinciam, adhuc, quatenus scimus, non tractatam [2]): nempe, ut inquiramus quae de rebus politicis senserit philosophus noster et quae in ejus scriptis de hac re exstent comparemus.

Ad quod consilium his maxime considerationibus ducti sumus. Reputavimus Baconem virum juris atque historiae peritissimum, inter omnes recentiorum temporum philosophos plurimum in rebus politicis versatum, amplissimisque magistratibus functum [3]), aptissimum fuisse, qui de arte politica dissereret. Reputavimus Baconem principem esse philosophorum Anglorum: Hobbesii, Filmeri, A. Sydneyi, Lockii, Guilelmi Templei, Humii, aliorum, qui post eum doctrinae politicae operam dederunt. Reputavimus principium, quod in studiis philosophicis secutus fuerit, experientiam nempe rationalem, speculationis amicam, summi momenti esse in politice.

Denique nos movit, quod in opere maximo, quo omnes disciplinas tractat, politicen, cum ad eam pervenerit, silentio praeterit; quam vero lacunam ex aliis ejus scriptis, quatenus fieri licet, explere nostrum est consilium. Itaque omnibus Baconis scriptis in hunc finem

---

1) J. Schallerus „Geschichte der Naturphilosophie von Baco von Verulam bis auf unsere Zeit. Tomus I, Lipsiae 1841. Videndum quoque quae Hegelius, Feuerbachius de hac re disputarunt. Quae Joseph de Maistre: Examen de la philosophie de Bacon. Paris 1836 in duobus volum. protulit contra Baconem non digna videntur quae refellantur.

2) Quae Dugald Stewart in dissertatione sua, quae Encyclopaediae Britanicae praefixa est: „General View of the Progress of Metaphysical and Ethical Philosophy since the revival of lettres in Europe“ de Bacone disputat, tantum, vide „preface to the first dissertation p. 11.“ ad „the science of political oeconomy“ spectant.

3) Vide dissertationis finem.

evolutis, cautioneque adhibita, ne ea afferamus, quae aperte in temporum aut personarum gratiam scripsit, cujus generis, secundum morem et consuetudinem viri in orationibus ejus et in aliis scriptis ad tempus exaratis, non pauca inveneris: praecipuas ejus, quae politicen spectant, opiniones, eo ordine, quem ipse vult, servato, exponemus; id pro vili curantes, ne Baconis sententias immutemus; quam ob rem ipsa ejus verba afferamus.

I.

I. DE BACONIS PHILOSOPHIAE INGENIO ET METHODO.

Baco novam scientiarum instaurationem molitus, naturae philosophiam et experientiam, ut omnem scientiarum matrem, praecipue excolendam esse censet Ex qua etiam philosophiam moralem et civilem pendere existimat [4]:

„Nemo exspectet magnum progressum in scientiis, nisi philosophia naturalis ad scientias particulares producta fuerit, et scientiae particulares rursus ad naturalem philosophiam reductae. Hinc enim fit, ut astronomia, optica, musica, plurimae artes mechanicae, atque ipsa medicina, atque (quod quis magis miretur) Philosophia moralis et civilis, et scientiae logicae nil fere habeant altitudinis in profundo; sed per superficiem et varietatem rerum tantum labantur: quia postquam particulares istae scientiae dispertitae et constitutae fuerint, a philosophia naturali non amplius aluntur; quae ex fontibus et veris contemplationibus motuum, radiorum, sonorum texturae et schematismi corporum,

4 Nov. Organ. Lib. I. Aph. 80.

affectuum et prehensionum intellectualium novas vires et augmenta illis impertire potuerit. Itaque minime mirum est, si scientiae non crescant, cum a radicibus suis sint separatae."

Sed nova methodo in experientiae usu opus esse censet Baco, quae in inductione vera posita sit [5a]):

„Forma naturae alicujus talis est, ut, ea posita, Natura data infallibiliter sequatur. Itaque adest perpetuo, quando natura illa adest, atque eam universaliter affirmat, atque inest omni. Eadem Forma talis est, ut, ea amota, natura data, infallibiliter fugiat. Itaque abest perpetuo, quando natura illa abest, eamque perpetuo abnegat atque inest soli. Postremo forma vera talis est, ut naturam datam ex fonte aliquo essentiae deducat, quae inest pluribus et notior est natura, ut loquuntur, quam ipsa forma."

[5b]) „Omnino Deo (formarum inditori et opifici) aut fortasse angelis et intelligentiis competit, formas per affirmationem immediate nosse, atque ab initio contemplationis. Sed certe supra hominem est, cui tantum conceditur procedere primo per Negativas et postremo loco desinere in Affirmativas, post omnimodam exclusionem."

Hujus autem natura et indoles est illa via, quae per inductionem incedit [6]):

„Inductio vera enim (rejecta ista quae procedit per enumerationem simplicem) quae ad inventionem et demonstrationem scientiarum et artium erit utilis, naturam separare debet per rejectiones debitas; ac deinde

---

5a) Nov. Organ. Lib. II. Aphor. IV. in fine.
5b) Nov. Organ. Lib. II. Aphor. 15.
6) Nov. Organ. Lib. II. Aphor. 105.

post negativas tot, quot sufficuint, super affirmativas concludere; quod adhuc factum non est, nec tentatum certe, nisi tantummodo a Platone, qui ad excutiendas ideas hac certe forma inductionis utitur."

[7]) „Itaque naturae facienda est prorsus solutio et separatio; non per ignem certe, sed per mentem tanquam ignem divinum."

Hac methodo, quam hic fusius exponere non recesse est, cum in omnibus philosophiae Baconicae adumbrationibus magis minus accurate exstet, etiam in politicis utendum esse, Baco affirmat:

[8]) „Etiam dubitavit quispiam, potius quam objiciet, utrum nos de naturali tantum philosophia, an etiam de scientiis reliquis: logicis, ethicis, politicis, secundum viam nostram (nempe inductionem) perficiendis, loquamur. At nos certe de universis haec, quae dicta sunt, intelligimus: atque quem ad modum vulgaris logica, quae regit res per syllogismum, non tantum ad naturales, sed ad omnes scientias pertinet; ita et nostra, quae procedit per inductionem, omnia complectitur."

Locus, quem descripsimus diserte demonstrat, Baconem etiam in Ethice et Politice methodum suam adhiberi voluisse. Cui rei etiam hoc consentit, quod idola, quae Baco videt obstacula, quin rectum cognoscatur in rebus physicis [9]) idola tribus, idola specus, idola fori et idola theatri, etiam in rebus ethicis et politicis verae cognitioni obesse possunt.[10]) Sed nunc ante omnia inquirendum

---

7) Nov. Organ. Lib. II. Aphor. 15.

8) Nov. Organ. Lib. I. Aph. 127.

9) Nov. Organ. Lib. I Aphor 52 — 63.

10) Disputatum est de hac re inter Dugald Stewart et auctorem qui in „Edinburgh Review 1804 No. VI. p. 273. recensuit librum „the Account of the life and writings of Dr. Reid."

est, quare permotus Baco methodum suam inductionis transtulerit ad res investigandas, quae naturae fines excedunt, et qualem eventum inde sperari liceat?

Illa aetas, qua vixit Baco et cujus faciem ipse tanquam verissimum exemplar imitatus est (ipse philosophiam suam partum sui temporis[11]) nominat) taedio scholasticae methodi capta erat. Cum enim taederet formularum, ad rem ipsam accedere studebant et etiam certum quendam, unde cogitando procederent, locum attingere volebant, et cum cogitationem veritate vacuam esse sibi persuasisse viderentur; ad experientiam sese converterant. Hanc suae aetatis indolem sequens Baco quoque methodum suam invenit. In rebus quae experientiae sese objiciunt explorandis philosophiam sitam esse docet et eam ob rem, quod naturae philosophia his rebus operam det, hanc scientiam maxime necessariam et utilissimam laudat. Id enim recte videbat philosophus noster, non in vanis nugis neque etiam in formulis vacuis versari philosophiam, sed in rebus ipsis, quae vere existunt et causam suam a summa scientia investigari volunt. Baco contra scholasticum morem concludendi exstitit, qui notiones fictas neque vero probatas praemittit et huic generi syllogismi argumentum per inductionem opposuit. Cum ita ad rem ipsam et ad eam explorandam philosophus noster contendat, libertatis ingenio humano innatae sensu Baconem admodum commotum esse videmus. Cum enim omnia, ut pro veris habeantur, oculis et sensu inspici velit, in scientia sua illam voluit attingere libertatem, quae tum temporis etiam in rebus religionem spectantibus quaerebatur.

Sed etiam hoc facile intelligi licet, quibus erroribus

11) Vide dicationem novi Organi.

obnoxia sit illa sententia, quae solam experientiam fontem ducemque habet. Sunt duo conjuncta in hac methodo, quorum altera est materia, altera forma, quae materiam continet; id quod forma continetur, est, quod sensibus objectum est; sunt multae rerum species; forma ipsa est res universalis naturae et lex quaedam necessaria. Rerum autem species infinitas nunquam complecti possumus, ita, ut inde nunquam ad legem ipsam principem, ab omni dubitatione remotam ascendere possimus, neque etiam necessaria progrediendi methodo pervenimus ad rerum principium et fontem, sed quasi interrumpentes infinitam seriem ad summam legem evadimus, quae etiam ita tanquam casu inventa et a mente nostra feliciter concepta, sed non certa argumentandi ratione effecta est. Et ne ad illas quidem superiores causas et leges evadere potuisset experientia, nisi jam in animo conditae essent et lineamenta earum in animo descripta jacerent. Hoc verum esse, aperte elucet in rebus ad ethicen pertinentibus; nam etiam ad regulas vitae instituendae experientia pervenire non posset, nisi recti bonique imagines animus quasi a natura insitas teneret. Sed systema et corpus vitae instituendae leges ex summo fonte derivatas continens, ex illa methodo nunquam nasci potest.[12]) Sed cum jam vix fieri posse videatur, ut illam methodum unicam sibi ducem eligat aliquis ad politices et ethices scientias componendas, etiam, si Baconem methodum suam obstinate secutum esse putaremus, nimium falleremur.

---

12) Spinoza in litteris (10. Juni 1660 Voorburgii scriptis, in editione Pauli 42ae,) pro ingenii sui sagacitate id vidit, Baconisque methodum recte dijudicavit. Totum locum describamus: „Ex his igitur clare apparet, qualis esse debeat vera methodus et in quo potissimum consistat, nempe in sola puri intellectus cognitione ejusque naturae et legum, quae ut acquiratur, ne-

Nusquam in commentariis suis ad politicen pertinentibus, Baco via illa a nobis exposita utitur, quod Angli ipsi viderunt. Sic Hallam (History of Litterature Vol. III. §. 75):

„It is probable that Lord Bacon never much followed up in his own mind that application of his method to psychological and still less to moral and political subjects, which he has declared himself to intend."

Et hac ipsa re, quod viam et Methodum suam de aliis disciplinis optime meritam, in his partibus deseruit, effecit, ut illos errores vitaret, in quos sine dubio lapsus fuisset, si illam ducem unicam secutus esset. Nam easdem philosophandi leges observans et omnem earum severitatem et constantiam persequens et philosophiam omnem ad eam regulam revocans, Hobbesius nihil verum esse tenebat, nisi quod in sensus caderet et ea de causa in politice eam sententiam protulit, quae reipublicae corpus in particulas a se disjunctas neque vinculo interno coactas diminuit et conterit. Baco autem, cum eum ingenium ad veram philosophiae ideam inclinans, ab his erroribus revocaret, maluit methodum suam, cujus in aliis scientiis optimum proventum vidit, abjicere, quam tales sententias proponere. Baconis animo semper obversatur illa sententia, quae rempublicam tanquam corpus quoddam singulariter instructum cogitat, cujus membra interno quodam vinculo conjuncta et conglutinata ad unum om-

---

cesse est ante omnia distinguere inter intellectum et imaginationem; sive inter veras ideas et reliquas: nempe fictas, falsas, dubias et absolute omnes, quae a sola memoria dependent. Ad haec intelligendum, saltem, quoad methodus exigit, non est opus naturam mentis per primam ejus causam cognoscere, sed sufficit mentis perceptionum historiolam concinnare modo illo, quo Verulamius docet."

nia finem tendunt et unum solidum corpus constituunt. Nonnulli ejus tractatus omnibus temporibus exemplar quoddam ad imitationem exhibent, ut commentarius ejus „de seditionibus et turbis.“ „The advice to Sir George Villiers,“ hujus viri fortasse optimum consilium est, quod unquam regis amico datum fuerit; quamquam nullum unquam consilium magis neglectum est, quam hoc, et ab illo, qui dedit et ab illo, qui accepit! — Quamvis consilia et remedia quae proposuit maxime ad principum gloriam et amplificationem faciant, qua in re et aequalibus et decessoribus — Thoma Moro excepto — consentit; si eorum summam consideraveris, ad communem reipublicae salutem spectant. Occurrunt etiam sententiae vere philosophicae, aetatis suae mentem et morem longe excedentes, imprimis, si de jure et historia disserit; in universum spectatae ingenii acumine sunt et quasi audacia quadam insignes et semper oblectationem praebent ob miram, quam auctor prodit, rerum et hominum notitiam. Homines et mores optime novit. Id etiam Angli laudant, exempli gratia auctor commentarii, qui Dugaldi Stewarti dissertationem (annotatione 1 citatam) recensuit (Quaterly Review April 1817 Art. II):

> „His rich imagination, his powerful wit and the penetrating wisdom, which he displays upon that useful and to the greater number of persons most interesting of all subjects, commonly called the world“

qui alias in censendo Baconis ingenio ea laude hunc philosophum non amplificat, qua ceteri eum commendant populares. —

Quod autem in Bacone maxime collaudandum censemus et qua re eum memoratu dignissimum habemus, hoc est, quod in ejus doctrina quasi imaginem illius conversionis invenimus, quae post Emendationem Sa-

crorum et initia novi saeculi, fundamenta novarum reipublicae formarum condidit. In medio aevo reipublicae notio nunquam clare formata et expressa fuit. Cum omnia reipublicae instituta ad summam et principem legem non relata, rei privatae vel civilis, ut ita dicam, speciem exhibent; unitatis notionem ecclesia tantum concepit. Qui reipublicae negotiis incumbebant et publici commodi praesules erant in medio aevo inter Anglos, paucis exceptis, milites et episcopi fuerunt; quorum illi, scientiarum non periti, superbi, superstitioni dediti erant; hi omnem scientiam suam et artem ad ecclesiam amplificandam adhibebant. Fieri non potuit, quin episcopi, et scholasticae philosophiae gnari, et facundia instructi, et vim illam, quam in incultos animos religio exercet adhibentes, victoriam reportarent de milite superbo et corporis tantum viribus confidente; cum hic tantum sibi suoque ordini in rebus agendis consuleret, illi coelestis, quam dicebant, civitatis honorem et potentiae fastigium spectarent. Hi igitur erant ii, qui in medio aevo publicae saluti consulebant et doctrinas de republica condiderunt.

Cum deinde multis simul causis, quibus vulgo finis medio aevo impositus dicitur, facientibus, nova dies his terris illuxisset, omnium rerum speciem commutans, et harum, de quibus disserimus, rerum facies omnino conversa est. Novum genus virorum politices peritorum exstitit. Tamen, quod ingenii acumen et cogitationis profunditatem attinet, nemo eorum, qui recentioris aevi sententiis imbuti, politicen tractabant, praeter Macchiavellum et Bodinum laudem Baconis exaequant [13]), neque

13) Sunt hic nominandi: Hottoman (auctor Francogalliae. 1570); Languet (Vindiciae contra Tyrannos auctore Stephano

etiam hi in suis cogitationibus ad intima penetralia novae doctrinae, quae recentiori aevo existitit, pervenerunt. Respublicae Europaeae, etiam quae pristinae sacrorum formae fidem servabant, cum vinculum et unitatem, qua per ecclesiam Romanam conjunctae erant, abjecissent, suam vim, virtutem et unitatem in se quaeque nacta, novam politices speciem exhibebant, cum ad se quaeque respiceret et etiam novam rationem, qua populi inter se continentur invenerunt. Quanti momenti haec res sit, nemo verius intellexit quam Rankius. Aliud genus virorum nunc saluti publicae providebat. Cum antea nobiles bello, sacerdotes ceteris negotiis reipublicae consuluissent, nunc novis sacris addicti, novo litterarum genere imbuti viri rerum publicarum praesules erant, qui longe alias res curabant et aliis commodis providebant, quam ii, qui antea rebus praefuerant.

Hi sunt illi viri — Angliam respicimus — qui per totam vitam suam in partem sollicitudinis publicae salutis vocati et optime exercitati, sub Henrico VIII. et Elisabetha patriam suam ad gloriae fastigium consiliis suis evexerunt, qui Philippi regis superbiam represserunt, qui Belgas in cruentis eorum bellis adjuvarunt, qui ferocem

---

Junio Bruto, Celta); La Boétie, Montani amicus (Le Contr'un, on discours de la servitude volontaire. 1578); Buchanan (De jure regni apud Scotos); Poynet (a short treatise of politic power); Rosaeus (Dr. Rainolds?) de justa reipublicae Christianae in reges potestate. 1590); Boucher (De justa Henrici III abdicatione a Francorum regno. 1589); Barclay (De regno et regali potestate adversus Buchananum, Brutum, Boucherum et reliquos monarchomachos. 1600); Mariana (De rege et regis institutione 1599); Hooker (Ecclesiastical Polity. 1590); Lipsius (Politicorum libri sex); Botero (Ragione de stato. 1589); Paolo Paruta (Discorsi politici. Venice. 1599) Danaeus (Politice Christiana. Lugdini. 1606); Menochius (Institutiones politicae).

animum Scotorum domuerunt, qui versutissimis Italiae consiliariis illuserunt.

Inter numeroum horum virorum laude dignissimorum recensendi sunt: William Cecil Lord Burleigh, [14]) Amias Paulet, [15]) Thomas Smith, [16]) Fr. Walsingham, [17]) Nicholas Baco, [18]) nostri auctoris pater.

Philosophus noster a. 1561 (22 Januarii) natus jam inter viros insignes sequentis aetatis referendus est. Sed cum adolescens jam ad gravia studia se contulisset (anno aetatis undevigesimo scripsit dissertationem „on the state of Europe") consuetudine illorum virorum usus et quasi discipulus eorum factus est; sapientiam horum virorum, qua in rebus agendis pollebant, apud Baconem ad summa capita et summos fines revocatam et peculiaris ejus ingenii acumine illustratam videmus. Videbimus sententias, quas ex antecessorum sapientia hausit; sed et hoc silentio non praetermittendum est, quod Macchiavelli, Montani et Bodini sapientiam exemplar habebat. Quem inter hos primum nominavimus, eum nonnullis locis laudat, quamvis in universum ejus sententias impugnet. [19])

---

14) „Minister during forty years." vide Hume's history of England. Ejus „memoranda concerning the debates on the succession under Elisabeth"; „memorandum concerning the queen of Scots" laudat Hallamius. (Burleigh Baconis nostri fuit avunculus.)

15) Notissimus in historia Mariae Scotorum reginae.

16) Per 18 annos „secretary of state, author of the treatise on the common wealth of England."

17) Francis Walsingham diu secretary of state, Vide Hallam Constitut. History of England. Notanda est ejus epistola quaedam (vid. Burnct II. 118) quae non injuria „a very able apology of her governement", vocatur.

18) Nicholas Baco „Keaper of the great seal" sub Elisabetha.

19) De augm. Scient. Lib. VIII. c. II. in fine; Serm. fidel. De bonitate, et bonitate nativa; de consuetudine et educatione init.; de vicissitudine rerum; aliisque locis.

His brevibus annotationibus praemissis ad exponendam Baconis sententiam progrediamur.

II. DOCTRINA QUAM BACO DE REPUBLICA INSTITUENDA EXPONIT.

In opere illo Baconis, quod de dignitate et augmentis scientiarum inscriptum est, omnesque humanas scientias complectitur, postquam ad „Dotrinam sive Philosophiam civilem“ pervenit, eamque 1) in doctrinam de conversatione, 2) in doctrinam de negotiis, 3) in doctrinam de imperio et republica distribuit, miraris fortasse, quod de tertia hac parte, de politice silentium sibi imperet, quamquam hujus scientiae, ut ipse fatetur, fuit peritissimus [20]):

> „utpote qui longa experientia edoctus et per tot munerum et honorum gradus ad amplissimum regni magistratum evectus fuerit, quique etiam inter omnes artes plurimum temporis in historiis et legibus contriverit.“

Sed praeter alia, quae eum moverunt, ut ab hac provincia abstineret, haec causa principalis fuit, quod opus illud regi Jacobo dedicavit, qui se virum politices peritissimum gloriabatur [21]) et qui, ut Baco ipse memorat [22]);

---

20) De muneribus, quibus Baco functus est, vide fin. Diss.

21) Mallet vita Baconis de Jacobo haec:

„He placed an infinite value on his long acquaintance with the prime mysteries of governement.“ Cfr. de Augm. scient. Lib. VIII. c. 1.:

> „cumque ad tantum regem scribam, qui perfectus adeo in ea arte sit magister, ipsamque ab incunabulis suis hauserit; —“

22) Baco de Aug. scient. Lib. VII, c. II.

Vide etiam Lib. II. of the advancement of Learning (d. A. Sc.) Considering that I write to a king, that is a master of this

politica opera hodieque exstantia „opus de officio regis,“ alterum „de libera monarchia“ confecit. Quare callidissime hanc causam, quod de politice sileret, obtendit, quod regem ipsum in hac disciplina haberet magistrum.

„Duas tantum civilis scientiae portiones, quae ad arcana imperii non pertinent,“

doctrinam de proferendis finibus imperii et tractatum de fontibus juris sive de justitia universali exponit[23]), de quibus suo loco loquamur. — Cum igitur Baco de his rebus disserere omittat ob causam praedictam, ex hoc opere, quid de politice senserit, haurire non possumus. Sed sedulo sententias ejus quaerentibus subvenit inter orationes ejus quaedam sermone Anglico scripta[24]), ex qua politica ejus theoria elucet. Hujus orationis est titulus: The argument of Sir Francis Bakon Knight, his majesty's solicitor general, in the case of the postnati of Scotland, in the Exchequer Chamber. Before the Lord Chancellor and all the judges of England; quae habita est intra annum 1607—1610[25]).

---

science and is so well assisted, J think it decent to pass over this part with silence.

23) De Augm. Scient. Lib. VIII. c. III.

24) a) Hujus orationis aliam ob causam mentionem facit Malletus: The life of the Chancellor Bacon: „One assertion of our author on that occasion, ought not to be forgot. He roundly affirms, that monarchies do not subsist like other governements, by a precedent law; and that submission to them is grounded upon nature.“ — b) Eum secutus est auctor Francogallicus: La vie du Chancelier Fr. Bacon. Amsterdam 1755, qui hanc observationem „assez singuliére,“ vocat p. 78. — c) Ulrich. Ueber die Phylosophie des Kanzlers Franz Baco. Nach dem Französ. Berlin 1780. p. 42.

Opus b. est versio operis a.

Opus c. est versio operis b.

25) Vide Malleti vitam Baconis p. XXV. Tom. 2. editionis operum Baconis quae decem volumina 8o magno amplectens. Londinis 1819. prodiit.

Ex hac oratione videmus, quod jam in introductione praediximus, Baconi in civitate considerenda eam sententiam maxime placuisse, quae rempublicam tanquam corpus ex initiis suis et seminibus nasci et proficere videt. Sic in oratione:

„The first platform of monarchy is that of a father, who governing over his wife by prerogative of sex, over his children by prerogative of age and because he is author unto there of being, and over his servants by prerogative of virtue and providence (for he that is able of body and improvident of mind is natura servus) that is the very model of a king;"

quo loco Aristotelem Polit. Lib. II. cap. IV. laudat[26]). Viam et rationem, qua homines adducti fuerint, imperio sese subjicere hoc modo Baco demonstrat:

„The first original submission is paternity or patriarchy, which was, when a family growing so great, as it could not contain itself within on habitation, some branches of the descendants were forced to plant themselves into new families, which second families could not by a natural instinct and inclination, but bear a reverence and yield an obeisance to the eldest line of the ancient family, from which they were derived. — The second is the admiration of virtue or gratitude towards merit, which is likewise naturally infused into all men. Of this Aristotle putteth the case well, when it was the fortune of some one man, either to invent some arts of excellent use towards mans life, or to congregate people thas dwelt scattered into one place, where they might cohabit with more com-

26) Vide Hallam. Introd. to the Literat. of Europe. Vol. III. c. 3. §. 44. „Bacons dislike of Aris.otle."

fort; or tho guide them from a more barren land to a more fruitfull, or the like: upon these deserts and the admiration and recompense of them, people submitted themselves. The third, which was the most usual of all, was conduct in war, whichi ever in nature induced as great an obligation as paternity. For as men owe their life to their parents in regard of generation, so they owe that also to saviours in the wars in regard of preservation. The forth is an inforced submission, which is conquest. All these four submission are evident to be natural and more ancient, than law. —

Priores si tres causas inspicias, quibus adducti populi imperio se subjecerint secundum Baconem (quarta causa, quam affert, omittenda erat, quia haec reipublicae quandam formam adesse jam ponit): id quod omnibus his causis commune est, reverentiam invenies et gratum animum, quo populorum voluntas ducta sit. Quid enim aliud est „by natural inclination bear a reverence;" „admiration of virtue and gratitude towards merits;" „the obligation in regard of preservation?" Haec ergo est Baconis sententia: ex voluntate sua ex reverentia profecta populos imperio se subjecisse[27]).

Ex his quae attulimus argumentis Baco concludit primam atque naturalem reipublicae formam esse monarchicam:

---

27) His quas exposuimus Baconis sententiis similes sunt eae, quas Guilelmus Temple (1628—1698) attulit in dissertatione: „An essay upon the original and nature of governement, written in the year 1672." (Tom I. of the works of Sir W. Temple Bar. London. 1770. 4. Tomi) sunt paginae 27. 80. Cfr. excerpta, quae dedit de hac dissertatione Fr. v. Raumer in libro: Ueber die geschichtl. Entwickelung d. Begriffs v. Recht, Staat und Politik. Lipsiae 1832. p. 58—99.

„All other common wealths, monarchies only excepted, do subsist by a law precedent . . . . . . these are busy and curious frames, which by necessity do presuppose a law precedent, written or unwritten, to guide and direct them: but in monarchies, especially hereditary (that is, when several families or lineages of people do submit themselves to one line imperial or royal), the submission is more simple, which afterwards by laws subsequent is perfected and made more formal; but that is grounded upon nature."

Ex monarchia prima atque naturali reipublicae forma, alias formas reipublicae natas esse, haud dubie Baconis sententia fuit, quippe quae ei ex historia probata esset[28]. Omnia vero reipublicae genera, Dei providentia ordinata et hanc ob rem licita esse vult[29]:

„All civil governements are restrained from god unto the general ground of justice and manners; but the policies and forms of them are left free: so that monarchies and kingdoms, senates and seignories, popular states and communalties are lawful and were they are planted, ought to be maintained inviolate."

Si haec quae de reipublicae origine in Baconis scriptis reperimus complectimur, manifestum est ejus sententiam cum vera de republica doctrina convenire, cum civitatem natura, non pacto institutam esse doceat. Quod si consideraveris, facile intelliges, quantum haec doctrina differat ab Hobbesii doctrinae, qui Baconis amicus erat[30])

28) Vide oration. jam citatam the case of the postnati p. 326. Tomi IV.

29) „Certain considerations touching the better pacification and edification of the church of England."

30) Hobbii Malmesburensis philosophi vita. Caropoli apud Eleutherium Anglicum sub signo veritatis 1681, librum rarissimum

sententia, quam in opere cui titulus est Leviathan fusius exposuit.

Nulla apud Baconem vestigia ficti illius, quem Hobbesius profert, status naturalis, qui bellum fuisse cogitatur omnium contra omnes, nulla vestigia pactorum illorum, quibus homines se invicem obstrinxissent, occurrunt. Quae si Baco audiisset, inter anticipationes, quas vocat, et nugas retulisset. Hobbesii de republica doctrina necessario vinculo continetur cum philosophiae ejus legibus, cum nihil aliud pro vero habeat, quam quod in sensum cadit[31]). Baconis doctrina ex ejus sapienti atque intelligenti naturae contemplatione orta est.

Quamvis ex his, quae de Baconis sententiis ad rempublicam pertinentibus attulimus, facile intelligi liceat, quantum differat inter ejus et Spinozae systema; tamen nonnulli occurrunt loci, qui sententiam Spinozae similem reddunt.

Cum enim Baco ex omni parte internas leges naturae consideret atque consanguinitatem naturae cum perfectissimo humani generis opere, nimirum cum republica, hac via invenerit; sic ut in natura, ita etiam in operibus ingenii humani summum ordinem, qui omnia gubernat, reperit:

---

confer p. 22. „Illis temporibus 1610 in amicitiam receptus est Hobbius Francisci Baconis . . . . Philosophiae Atlantis, qui illius consuetudine magnopere delectatus est et ab ipso in nonnullis scriptis suis latine vertendis adjutus, neminem cogitata sua tanta facilitate concipere, atque Thomam Hobbium, passim praedicare solitus est.“

31) „Scientia et intellectus in nobis nihil aliud est, quam suscitatus a rebus externis organa prementibus animi tumultus.“ haec et similia multa, quae merum, quem dicunt, Materialismum sentiunt, Hobbesii opera, vel obiter inspicienti, occurrunt.“

Conferas hunc locum Baconis[32]):

„There is a great affinity and consent between the rules of nature and the true rules of Policy: the one being nothing else but an order in the government of the world, and the other an order in the government of estate."

cum sententiis, quas Spinoza in Tractatu politio §. 4. et aliis locis profert.

III. DE MONARCHIA ET DE REGE.

Inter omnes rerum publicarum formas monarchiam bonis legibus adstrictam optimam esse censet[33]):

[34]) „Lawful monarchies are a Schadow of the government of god himself over the world."

Qua in opinione cum summis rationis legibus consentit:

„Other estates have curious frames soon put out of order: and they that are made fit to last, are not commonly fit to grow or spread: and contrary wise those that are made fit to spread and enlarge, are not fit to continue and endure."

verissima sententia quae omnium temporum historia confirmatur:

„But monarchy (loqui pergit auctor) is like a work of nature, well composed both to grow and to continue."

Quam monarchiae commendationem ex orationibus tantum Baconis allatam, veram fuisse philosophi senten-

---

32) A brief discourse of the happy union of the kingdom of England and Scolland. Printed 1603. 16mo.

33) „His Lordship's Speech in the parliament being Lord Chancellor to the speakers excuse." initio.

34) Eod. loco. — Cfr. quoque quae priori capite exposuimus.

tiam, si quis dubitet, eum ad opus dogmaticum Baconis cui est nomen „Nova Atlantis“ [35]) delegamus, in quo doctrinam de optimo civitatis statu exaraturus, cum ei arbitrium esset formam civitatis sibi commodissimam eligendi in insula illa, quam fingit, summa gubernacula apud regem esse ponit, qui saluberrimis consiliis omnium subditorum saluti prospicit.

In officiis regis exponendis [36]) et praeceptis, quae summo reipublicae rectori dat, ut officii sui partes impleat; munus, quo rex fungitur, omnes partes complectens describit et vitae regulas, quas animo propositas habeat ex altitudine et praestantia dignitatis, qua Deo proximus est inter mortales, repetit. Admonet eum, ut, cum honore nominis ad Deum solum pertinentis fruatur, et virtutes ejus imitetur, et, ut memor sit, Deum cum nomine suo non naturam suam ei concessisse. Cohortatur regem [37]) ut agendi et judicandi normam religionem habeat, hanc dicens summam reipublicae administrandae rationem; nam justitiam et pietatem erga religionem esse fundamenta, quibus regia potestas nitatur. Saluberrimum dicit esse regi, consilia et remedia ipsum invenire; sed non obstinato animo iis insistere, si prudentiores et circumspectiores sententias audiverit. Regem vocat legem „viventem“ [38]) cum ipse lex loquens sit, et cum legem

---

35) Hoc opus non perfectum esse ab auctore, admodum dolemus.

36) Vide Baconis: „XVI Propositions concerning the reign and government of a King 1647. 4to.“ Est quoque haec dissertatio in „The works of Francis Bacon. London. 1819. 10 Volum.“ Vide quoque sermonum fidelium multos locos.

37) Propositio 5. „And that king, that holds not religion, the best reason of state, is void of all piety and justice the supporters of a king.“ Videtur hoc quoque in regis Jacobi favorem dictum esse.

38) Prop. 8. „He is the life of the law, not only, as he is

exerceat in subditos, sive praemia sive poenas distribuendo. Consilium dat regi, ut quantum fieri possit ab legibus innovandis abstineat, nam sicut corpori humano, ita politico corpori omnem subitam mutationem esse periculosam. Admonet regem, ut omnium simul subditorum saluti provideat, sed simul permittit nonnullis prae ceteris animum benevolentiorem probare. Rogat eum, ut Dei exemplum imitans animi ad gratiam et clementiam propensi exempla edat, sed et justitiae rigorem exerceat, ne homini capitalis criminis accusato parcat. Nam etiam hoc vult Baco, ut rex metum injiciat, sed ita, ut ex amore metus nascatur [39]).

Quod si meminimus unde monarchiae formam derivaverit Baco, et quam ob rem hanc reipublicae formam ceteris generibus praeferat, facile fontem inveniemus, unde Baco haec praecepta deduxerit. Nam cum eum patri familias comparet [40]) sicut et Deum tanquam summum hominum patrem, summo rectori civitatis non alium concedit locum, dignitatem, et rationem, qua contineatur cum subditis, quam patri inter liberos suos. Hic est quasi lex vivens in familia, hic est moderator sapiens, qui omnibus aeque prospicit, praemiorum et poenarum justus distributor; hic est qui pro opportunitate temporum et aetatis liberorum suorum sed rarius, et ita ut nullum inde periculum proficiscatur, leges et mores immutat. — Sed praeclarae huic imagini non semper aetas illa, qua Baco vixit, respondit, et hic ipse non semper aeterna

---

lex loquens himself, but because he animateth the dead letter, making it active towards all his subjects praemio et poena.“

39) That king which is not feared, is not loved; and he that is well seen in his kraft, must as well study to be feared as loved; yet not loved for fear, but feared for love (!).

40) Vide pag. 25. dissertationis.

veritatis norma ductus est, sed et alia commoda respexit, quae verae legi minime congruunt. Nam saepius, si ad res ipsas et ad rerum conditiones respicit vir sapiens, immobilis vitae regula paululum inflectitur et immutatur, ut etiam ad prudentiora magis quam sapientia consilia descendere videatur.

IV. DE IMPERIO ET RATIONE QUAE INTERCEDIT INTER IMPERIUM REGIS ET SUBDITORUM ORDINES.

Omnes qui humanam rationem naturamque vere perspexerunt et quibus legibus animus hominum pareat, viderunt, homines non vi tantum externa potentiae regi, sed virtutibus libentissime parere, ita, ut illi, qui gubernacula tenet, non tantum potestas, sed etiam virtutes adesse debeant, ut feliciter subditis imperare possit. Nam animus hominum est ita comparatus, ut ei tantum obediat, qui in iis virtutibus, quae eximiam hominis naturam constituunt, caeteris praecellit. Quod etiam pro sua sapientia vidit Baco:

[41]) „Quamvis enim qui in literis vitam maxime traduxerunt, minus solertes sint atque versatiles in occasionibus prensandis atque accomodandis rebus; quo spectant ea, quae ab Italis „ragione di stato“ dicuntur, quorum nomen aversatus est Pius Quintus, solitus dicere: Esse mera malorum hominum commenta, quae opponerentur religioni et virtutibus moralibus: in eo tamen abunde fit compensatio, quod per tutum planumque iter Religionis, justitiae, honestatis virtutumque moralium prompte expediteque incedant: quam viam,

41) De Augm. Scient. Lib. I. p. 62. (Tom. VII.)

qui constanter tenuerint, illis alteris remediis non magis indigebunt, quam corpus sanum medicina."

Nec minus in numerum eorum locorum, ubi Baco virtutem illis adesse debere, qui rerum gubernacula tenent, exprimit, etiam hic locus referendus est:

[42]) „And that king, that holds not religion the best reason of state, is void of all piety and justice, the supporters of a king."

In libro de Augmentis Scientiarum lib. VIII. cap. III. [43]) ubi acerrime Macchiavelli doctrinae impugnat, ita sermonem suam continuat:

„Tantum vero abest, ut homines ad hujusmodi artes pravas se applicare oporteat, ut potius sane (si modo sint apud se, seque sustinere valeant neque ambitionis turbine et procella in adversum rapiantur) ante oculos proponere debeant, non solum mundi chorographiam generalem illam, quod omnia sint vanitas et vexatio spiritus; verum etiam et illam magis specialem, videlicet, quod ipsum esse, sejunctum a bene esse maledictionis loco sit; et quo grandius sit esse, eo major sit maledictio; quodque amplissimum virtutis praemium sit ipsa virtus; quemadmodum et ultimum vitii supplicium est vitium ipsum."

Sed tamen tales sententiae rarius inveniuntur apud Baconem; nam magis aetas ejus et ipse ad alteram partem inclinat.

Quod ad artem imperii tenendi attinet, Baco recte sensit, quibus vitiis doctrina de hac re, quae tum temporis imminuta auctoritate valebat, obruta sit, cum haec

42) XVI. Propositions of a king No. 3. Vide quoque alias Propositiones.

43) Tom. VII. p. 425—426.

doctrina non ex summo fonte sententias suas derivaret, sed pro rei utilitate, ut opportunitas temporum flagitabat, disjunctas proponeret:

[44]) „Veruntamen et hoc verum est, moderni temporis prudentiam circa principum negotia tractanda in hoc potissimum versari, ut conquirantur magis et aptentur remedia et subterfugia malorum et periculorum, cum ingruerint, quam ut prudentia solida et constanti depellantur et summoveantur, antequam impendant. Verum hoc nihil aliud est, quam in agone cum fortuna experiri."

Προφυλακτικὴν itaque politicen esse, vult Baco, atque semper in futurum prospicientem, qua in arte Henricum VII. regem Angliae saepe laudat. Primam artis imperandi regulam in vera, quam vocat, imperii „temperatura" positam esse censet:

[45]) Certissimum est, nihil auctoritatem aeque destruere ac inaequalem et quasi subsultoriam atque intempestivam potentiae alterationem, nunc rigidius intensae, nunc laxius remissae. Responsum Apollonii egregia prudentia plenum est. Interrogabat eum Vespasianus: Quid Neroni ruinae fuisset? Respondit: Nero citharam pariter pulsare et accommodare noverat; at imperando chordas interdum nimium distendebat, interdum eas nimium relaxabat.

[46]) Prudenter faciunt reges, si, in innovationibus suis a tempore exemplum petant; tempus enim innovat vel maxime sed tacite, pedetentim ac sine sensu. Illud enim pro certo habeas; quod novum est, praeter spem et exspectationem accedere; et huic adjicere aliquid,

---

44) Sermones fideles, de imperio (p. 52. T. X.).
45) Eod. loc.
46) Serm. fid. de innovationibus Tom X. p. 66.

illi eripere; at cui incremento est novitas, ille fortunae gratias habet et tempori; cui vero nocumento, is novitatis auctorem injuriarum postulat. Expedit praeterea experimentis novis in corporibus politicis non uti, nisi urgens incumbat necessitas aut evidens se ostendat utilitas: et sedulo cavere, ut reformationis studium mutationem inducat, non autem studium mutationis reformationem praetexat. Quin etiam novitas, quam rejicere fortasse non datur, pro suspecta tamen haberi debet."

[47]) „Quatuor vero sunt imperii Columnae, Religio, Justitia, Consilium, Opes."

[48]) „Regibus intercedit negotium cum Praelatis et Clero, cum proceribus regni, cum nobilibus secundae classis, sive generosis, cum mercatoribus suis, cum plebe regni, cum militibus suis. Atque a singulis horum impendent pericula, nisi adhibeatur cura. Quantum ad praelatos, ab illis etiam, si potentes fuerint, periculum ingruit. Ut contingit ex. gr. temporibus Anselmi et Thomae Beckettii, Archiepiscoporum Cantuariae, quorum baculi pastorales cum regis gladio concertaverunt, licet res illis fuerit cum regibus animosis et fastuosis, Guilelmo Rufo, Henrico primo et Henrico secundo. At periculum hujus modi a praelatis non est magnopere pertimescendum, nisi ubi Clerus ab auctoritate et Jurisdictione Principatus externi pendet; aut ubi ecclesiastici eliguntur a populo, non autem a rege vel patronis ecclesiarum. —

Quantum ad proceres, sunt illi certe cohibendi[49]) et tanquam in justa distantia a solio regali continendi.

47) De sedition. et turbis.
48) De imperio. (Tom X p. 54.)
49) Cfr. historiam Henrici VII.

Verum depressio eorum poterit Regem fortasse ipsum magis absolutum reddere, sed interim minus tutum et minus efficacem ad ea, quae cupit, perficienda. — Quatenus ad nobiles secundae classis parum periculi ab iis manare poterit, cum sint corpus dispersum. Potuerunt illi quidem nonnunquam grandia loqui, sed non multum nocere; quin immo fovendi sunt, tanquam qui potentiam nobilitatis superioris optime temperent, ne immodice excrescat; atque rursus, cum populi gubernacula immediate tractent, motus populares optime compescunt."

[50]) „Monarchia, in qua nulli prorsus sunt nobiles, semper pura et absoluta tyrannis: cujus modi est imperium Turcicum. Dignitatem regalem diluit nobilitas et vulgi oculos a prosapia regali aliquantulum avocat. In democratia vero proceres interdum non desiderantur: immo status ille popularis multo pacatior est atque minus factionibus et turbis obnoxius, ubi non sunt stirpes nobilium. Illic enim in res ipsas oculi hominum conjiciuntur, non in personas; vel si omnino in personas, id fit, tanquam in maxime idoneis rebus gerendis, minime vero ut ratio habeatur insignium aut imaginum. Tum quoque ubi paritas admittitur, ibi et consilia ineuntur aequabilius et tributa penduntur alacrius. Nobilium potentia et auctoritas in Monarchia principi ipsi impertit splendorem, sed potestatem minuit; populi vero animos auget, fortunas illorum deprimit. Bene sese res habet, cum nobiles non sint potentiores, quam aut imperii, aut justitiae ratio postulat, in eo tamen dignitatis gradu sustineantur, ut insolentia popularis illorum reverentia, tanquam obice retundatur, ante-

50) De nobilitate. Serm. fid. p. 36. Tom X.

quam in majestatem se effundat. Rursus numerosa nobilitas, quae plerumque nimis potens est, statum prorsus depauperat; hinc enim profusae expensae atque insuper, cum necesse sit, tractu temporis complures ex nobilibus pauperes fieri, sequitur divortium quoddam sive malum temperamentum inter honores et pecunias. — Reges, quibus nobiles adsunt prudentes et capaces, negotia sua mollius fluere sentient, si eos potissimum adhibeant. —

[51]) „Quod ad mercatores attinet sunt illi instar venae portae; qui nisi floruerint, potest regnum aliquod artus habere robustos, sed venas vacuas et habitum corporis macrum. Vectigalia et portoria immodica raro regis reditus adaugent. Etenim quod in partibus lucretur, in summa deperdit commercii quanto diminuto. —

Quantum ad plebem, ab iis raro creatur periculum, nisi habeant ductores potentes et populares, aut si introducas mutationem in religione; vel in consuetudinibus antiquis; vel in gravaminibus tributorum; vel in aliis, quae victum eorum decurtant. —

Quantum denique ad milites, [52]) periculosissima res est, si in corpus unum cogantur, vel exercitus vel praesidiorum, et donativis insuescant. Cujus clarissima cernimus exempla in Janizariis et Praetorianis. Verum militum conscriptio, et ad arma tractanda instructio, et in locis diversis, et sub diversis ducibus, et sine donativis; res sunt utiles et salubres et sine periculo.

[53]) „Principes corporibus coelestibus sunt similes, quae

---

51) De imper. p. 54. Vid. hist. Henrici VII. p. 1084 editionis, quae Hafinae prodiit 1694.

52) Cfr. histor. Henric. VII.

53) In „exemplis Antitethorum“ (8) eandem sententiam profert, ita, ut partes ejus dividat et sibi opponat.

tempora felicia aut infelicia influxu suo producunt, quaeque veneratione multa gaudent, requie nulla. Omnia circa reges praecepta illis monitis clauduntur: memento quod es homo, et memento quod es Deus seu vice Dei. Quorum alterum pertinet ad potestatem, alterum ad voluntatem regendam."

Videmus qua circumspectione et prudentia monarchiae consulat Baco et quantam rerum gubernandarum sapientiam ex historiae experientia hauserit: sed etiam in hac dissertatione non ad fontes et principia et prima fundamenta, unde sana nascatur reipublicae conditio, non ad prima initia, unde recta rerum ordinatio et ordinum dispositio proficiscatur, redit; sed eam, quam tum invenit reipublicae formam et quam optimam esse persuasum sibi habebat, omnibus modis tuetur et quibus rationibus ab adversa fortuna defendi possit, quaerit. Id maxime vult, ut singuli ordines, quibus continetur respublica, ad certum quendam modum redigantur, in certis finibus contineantur, ne hunc modum excedentes summum civitatis rectorem in discrimen vocent: quare id agit, ut ordines illi, quibus et augetur et imminuitur regia dignitas, sese ipsi invicem contineant et coerceant, fines modosque sibi invicem imperent. Salutem igitur principis in eo sitam esse putat, ut quos crescere videt, ad inferiorem gradum redigat et certis finibus circumscribat: ita igitur regem vult semper sibi cavere et a subditis timere. Sed clare elucet, hac ratione institutam civitatem prospera valetudine non uti, sed omnibus pe-

---

Pro: Reges non hominum instar sed astrorum sunt; nam et in singulos et in tempora ipsa magnum habent iufluxum.

Contra: Qui in imperiis sunt corporis caelestibus similes sunt, quae magnam habent venerationem, requiem nullam. De Augm. Scient Lib. VI, cap. III.

riculis expositam et calamitatibus omnibus obnoxiam esse, ita ut semper remedii non ex natura sua, sed ex opportunitate occasionis petitis egeat. Ita Baco veram civitatis naturam et rationes, quibus vita ejus procedere debet et quomodo instituta ejus ex natura reipublicae proficisci debeant, nondum perspexisse videtur.

II.

Pervenimus nunc ad singulas reipublicae administrandae partes, quas secundum eum ordinem, quo Baco eas in litteris illis, quibus nomen est „Advice to Sir George Villiers“ [54]) disposuit et sub iisdem titulis hic

---

54) Opusculnm illud: „Advice to Sir George Villiers“ inter politica Baconis scripta haud dubie primum obtinet locum. Rogatus a Georgio Villiers, qui postea dux a Buckingham evasit, ut consilia sibi daret de politice, Baco has litteras (anno 1615) scripsit, ubi magna experientia et ingenioso historiae judicio nisus, neque minus philosophico ingenio adjutus, praecepta eximia ad rem publicam pertinentia proposuit, ita ut assentiendum sit judicio Malleti qui sic de hac epistola: „a letter written with so superior a judgement and so much honest freadom, that is does honor equally to his head an heart.“ (?) Mallet life of Bacon p. 28. De hac epistola auctor Francogallicus (La vie du chancelier Bacon traduit de l'Anglais (Mallets life) Amsterdam 1755, p. 90. Bacon entre dans un détail exact de toutes les connaissances (!), qu'un ministre doit possèder et de la conduite, qu'il doit tenir dans le maniement des affaires publiques; cette lettre pourrait fournir les matériaux d'un ouvrage important et considérable qui serverait d'instruction aux personnes en place et serait comme le palladium du ministère.) — Primo typis excusae fuerunt hae litterae Londini 1661 — 4to. Reperiuntur in omnibus melioribus operum Baconis editionibus.

tractandas esse censemus. Haec sunt argumenta de quibus Baco in illis litteris disputat: [55])

1) Matters, that concern religion and the church and church men.

2) Matters concerning justice and the laws and the professors thereof.

3) Councillors and the council table, and the great officers of the kingdom.

4) Foreign negociations and embassies.

5) Peace and war, both foreign and civil, and in that the navy and forts, and what belongs to them.

6) Trade at home and abroad.

7) Colonies or foreign plantations.

8) The court and curiality.

Caput primum, secundum, tertium et octavum spectant ad reipublicae internam administrationem, quartum, quintum, sextum, septimum magis ad partes externas pertinent.

Ad totam vero rempublicam et ad singulas ejus, quas enumerat, provincias administrandas tribus artibus imperii operam impendi jubet et in iis tria officia politica contineri vult: [56])

> „primo, ut imperium conservetur; secundo, ut beatum efficiatur et florens; tertio, ut amplificetur finesque ejus longius proferantur." —

Ante quam ad singula, quae diximus, capita transeamus, hoc praemitti necessarium videtur.

Cum Baconis de his rebus sententiae nondum collectae neque inter se comparatae sint, cumque per decem volumina operum omnium Baconis dispersae, difficile

55) Vid. Vol. III. p. 434.
56) Vide de Augm. Scient. Lib. VIII. c. III.

eruantur et componantur, oculis lectorum benevolorum gravissimas de singulis capitibus voces Baconis subjiciamus, ut videant, num recte Baconis sensum ceperimus numque recte de eo judicaverimus. Movet nos hoc quoque, quod Baconis consilia magno cum acumine et magna circumspectione, nec non peculiari quodam genere dicendi exposita sunt, ita ut, si sensum tantum et vim verborum ejus in universum assequi studeremus, veram tamen ejus indolem et ingenium describere non possimus. Quare, cum apud Baconem vocem intime cum eo, quod vox significat, conjunctam videamus, sententias ejus in ea lingua, qua eas scripsit (aut ipse vertendas curavit), citabimus; sed eas tantum, quae ad rem sunt. In dijudicandis autem sententiis ejus non singulas ejus voces, sed omnes et omnem ejus philosophiam ex qua singularum rerum manat interpretatio ante oculos habuimus; cumque hic auctor non semper sibi constet, sed saepe partium studiosus et tempori cedens, non id dicat, quod alibi verius intellexit et exposuit, omnibus illis locis, ubi ob animi imbecillitatem eum lapsum esse appareat, praetermissis, eorum tantum rationem habebimus, ubi veritatem et conscientiam suam ducem normamque sequitur.

I. DE RELIGIONE ET ECCLESIA.

[57]) „Cum religio sit praecipuum humanae societatis vinculum, par est, ut ipsa debitis verae unitatis et charitatis vinculis adstringatur.

[58]) „ . . . . . . two principles: That consciences are not

---

57) Sermon. fidel. de unit. eccles. Vol. X, p. 9.

58) „Certain observations upon a libel published this present year 1592 intitled: „A declaration of the trues causes of

to be forced, but to be won and reduced by the force of truth, by the aid of time and the use of all good means of instruction or persuasion; the other: that causes of consciences, when they exceed their bounds, and prove to be matter of faction, lose their nature; aud that sovereign princes ought distinctly to punisch the practice or contempt, though coloured with the pretences of conscience and religion."

[59]) „Quando religio recepta discordiis laceratur, sanctitas item professorum labefactata est et scandalo exposita; simulque tempora stupida, indocta et barbara sunt; a novae alicujus sectae ortu merito metuendum; praecipue, si eo tempore ingenium aliquod intempe-rans et paradoxa spirans suboriatur. Quae omnia tenuerunt, Mahometes, cum legem suam promulgavit. Secta nova licet pullulet, duobus si destituatur adminiculis, ab ea non metuas; non enim late se diffundet. Primum est imperii sive auctoritatis stabilitae oppugnatio; nihil enim magis populare est, quam principatus et politias convellere. Alterum est, porta luxuriae et voluptatis aperta: haereses enim speculativae (qualis olim fuit Arianorum et hodie Arminianorum), etsi in hominum ingenia miris modis operentur, statum tamen rerum publicarum non magnopere concutient, nisi ex occasione motuum civilium. Modi tres sunt, quibus novae sectae plantantur; miraculis, eloquentia et gladio. Equidem martyria inter miracula

---

the great troubles presupposed to be intended against the realm of England." (Vol. III. p. 72.)

Quam sententiam Litterae Francisci Walsinghami anno 1580 scriptae jam proposuerunt. Vide Burnet II., 480. Cabala part II. (4 edit) Hallam. The constitutional hist. of England. Tom I. p. 308 not. †.

59) Sermon. fidel. De vicissitudine rerum Vol. X. p. 150.

refero; quoniam vires naturae humanae excedere videntur: idem etiam facere licet de excelsa illa et admirabili vitae sanctimonia. Certe non alia melior via est ad sectarum et schismatum ortus repellendos, quam abusuum reformatio; dissidiorum minorum pacificatio; leniter a principio procedere et a sanguinariis persecutionibus abstinere: schismatum denique coryphaeos favoribus potius et dignitatibus (!) mollire et allicere, quam violentia et saevitia exacerbare." —

[60]) „I think good to remove, if it may be, two opinions, which directly confront and oppone to reformation; the one bringing it to a nullity, and the other to an impossibility. The first is, that it is against good policy, to innovate any thing in Church matters; the other, that all reformation must be after one platform."

[61]) „For the second point that there schould be but one form of discipline in all churches ..... I for my part do confess, that in revolving the scriptures I could never find any such thing: but that god had left the like liberty to the church government, as he had done to te civil government; to be varied according to the time and place and accidents, which nevertheless his high and divine providence doth order and dispose." [62])

---

60) Certain considerations touching the better pacification and edification of the church of England. Dedicated to his most excellent majesty. Vol. II. p. 526.

61) Eod. loc. p. 529.

62) Hookers ecclesiastical polity, quod opus 1594—97 prodiit (tres libri ultimi 1647 in lucem prodierunt, mortuo auctore) haud dubie harum Baconis sententiarum fons est. Vid. Hallam Introduct. to the Literature of Europe etc. Tom II. chap. IV, p. 166. Constitution. histor. of England chap. IV. p. 291:

63) „Quatenus ad modos, per quos conciliatur unitas, cavendum est hominibus, ne, dum unitatem religionis procurent et muniant, leges charitatis et societatis solvant et demoliantur. Inter Christianos duo tantum recipiuntur gladii, Spiritualis nempe, et temporalis. Uterque autem suum habet locum et suo perfungitur munere, in religione Christiana propugnanda et protegenda. Sed neutiquam arripiendus est gladius tertius, qui est Mahometis, aut illi similis, hoc est, ut religionem bello propagemus, aut cruentis persecutionibus vim conscientiis inferamus, exceptis casibus scandali aperti et insolentis blasphemiae aut machinationibus adversus statum civilem, ne dum foveantur seditiones, animentur conjurationes et rebelliones, gladius in manus populi transferatur et similia; quae omnia manifesto tendunt ad majestatem imperii minuendam et auctoritatem magistratum labefactandam; cum tamen omnis legitima potestas sit a Deo ordinata . . . . . Quem admodum gladius ille temporalis non temere, sed magno cum judicio in casu religionis stringendus est; ita monstri simile est, eum in manus populi tradi. Sic enim causa religionis ad execrabilia scelera praecipitari potest, principes trucidandi, in populorum vitas grassandi et imperia funditus evertendi. Quocirca justum est, et id ipsum necessitas temporum flagitat, ut ecclesia doctrina sua et decretis suis; principes gladio; omnesque literae seu religiosae, seu morales, caduceo suo in inferni Barathrum damnent et detrudant in saecula hujus

„His fundamental theory, ait Hallam, the mutability of ecclesiastical government, has as little pleased those, for whom he wrote, as those, whom he repelled by his means."

63) Serm. fidel. de Unitate ecclesiae. Tom. X. p. 12.

modi facta et doctrinas, iis auctoritatem aliquam tribuentes."

[64]) „The persons of church-men are to be had in due respect for their works sake and protected from scorn; but if a clergyman be loose and scandalous, he must not be patronized nor winked at; the example of a few such corrupt many. — Great care must be taken, that the patrimony of the Church be not sacrilegiously diverted to lay-uses": —

„Colleges and schools of learning are to be cherisched and encouraged, there to breed up a new stock to furnish the Church and common wealth, when the old store are transplanted."[65])

Hae, quas citavimus, praecipuae nobis visae sunt Baconis de religione et ecclesia cogitationes.

Paullulum nunc subsistamus, ut videamus, unde profectae sint hae sententiae, et cui temporum discrimini remedia afferre, Baco voluerit. — Emendatio sacrorum apud Anglos praeparata et postea administrata est a duabus partibus: ex parte regia et ex parte populi, sed ita, ut non ad eundem finem uterque tenderet, neque eandem rationem uterque adhiberet. Reges non omnia religionis amore ducti egerunt, sed potestatem suam amplificare voluerunt, adjuncto sibi de ecclesia anglica principatu, auctoritatem episcopi Romani repulsuri, quare ex pristina doctrina summo studio quaecunque potuerunt, retinere et servare conati sunt. Contra populus, ceteris omnibus, quae sesundo loco ponebat,

---

64) Advice to Sir Georg Villiers. Vol. III. 437.

65) De Baconis Paedagogice confer de Aug. sc. Lib. VI. c. 10. Vide quoque: „Erziehungslehre von Fr. H. C. Schwarz. Bd. I. 2. Abth. Leipzig 1829."

consiliis neglectis et remotis, emendationem morum et doctrinae spectabat, divino quodam afflatu concitatus et principem quandam legem et normam secutus, celeriter ad finem contendit et multo plura rejecit, quam quae rex iis concessit. Henricus VIII jam contra hos populares animos severum imperium exercuerat et quamquam inferior regni curia ordinem ecclesiasticum reformandum esse censuerat, tamen consilium publicam omnem hujus rei curam regi, tanquam ecclesiae principi commisit (1535), ut inquireret, opprimeret, derogaret, corrigeret omnes errores, abusus, injurias, quae opprimere, corrigere etc. hucusque fori ecclesiastici fuerat. — Qui deinde ac Henrico, post ab Eduardo VI proponebantur, articuli religionis minime sibi constabant et incerti inter pristinam et novam doctrinam haerebant; populares autem maxime vexati sunt, quum saepe modum excederent. Cum deinde per breve tempus utraque factio eorum, qui emendatae doctrinae addicti erant, in gratiam secum rediissent sub Maria et primis annis Elisabethae; paullo post factio popularis iterum recessit et Calvini doctrinae favens, puriora sacra, puriorem doctrinam instituere voluit. Inde nomen Puritanorum acceperunt. Elisabetha autem vestigia patris sui secuta est: magnifica sacra et supremam episcoporum dignitatem retinuit, ipsa summa ecclesiae gubernacula tenens; popularis autem factio anno 1586, omnino ab episcopali ecclesia recedens, suis tantum legibus in disciplina ecclesiastica reformanda et instituenda parere constituit. Et primum quidem hoc discessu ab ecclesiae „unitate et charitate," qua communis religio omnes complectitur, descivisse sibi non videbantur et liberum esse duxerunt, in rebus sua natura plane adiaphoris et aliqua caeremoniarum varietate suum quemque amorem et studium sequi, ne externa vi cohibeatur con-

scientia: sed mox vehemens inter has duas factiones exarsit certamen et cum sub sequentibus regibus doctrina Romano-catholica restitui et cum consiliis ecclesiae episcopalis conjungi coepta esset, magnas regno Anglico turbas excitavit. Cum reipublicae ipsius studium, consensum et conformitatem in rebus ad religionem pertinentibus efficiendi, successu careret, immo vehementius certamen provocaret, viri literarum periti alia via atque ratione concordiam et unitatem quaerere coeperunt. Inde nati sunt fautores religionis naturalis[66]), qui vulgo Deistae dicuntur, quorum auctor et princeps Herbertus, Baconis fuit aequalis. Baco vero inter eos non est numerandus[67]); quamvis ejus philosophia et philosophandi methodus multam vim exercuerit in illos viros, ita ut eorum theologia ex Baconis methodo in res ad religionem pertinentes adhibita, nata videatur; sed in suis sententiis de religione Baco longe recessit ab religione naturali; cum enim scientia philosophica ad altius nihil attingere possit, quam quod sensui subjacet et quin etiam[68]) „legis moralis magna pars sublimior sit, quam quo lumen naturae (quod etiam internam legem conscientiae vocat) ascendere possit," quumque theologia naturalis, si quid valet, nihil aliud quam Deum esse efficiat, religionem autem vere adstruere nequeat, theologiam sacram et inspiratam vult derivari ex fide, quam eo majoris facit, quod de iis rebus mentem humanam illustret, ad quas sensus pertingere nullo modo potest. Baco magnum discrimen esse ponit inter philosophiam et theologiam. Sed quamvis in hac re sen-

66) Vide Burnet; Lechler, Geschichte d. Engl. Deismus.

67) Christianisme de François Bacon, chancelier d'Angleterre, ou pensées et sentiments de ce grand homme sur la religion, par Le Sage. Paris 1798.

68) De Augm. scient. XI. 1.

tentiis Deistarum non faveat, cum his consensit in unitate et concordia ecclesiae qualicunque modo reconcilianda et in remediis, quae civitati ad hunc finem proposuit. Nam aeque remotus est ab ecclesia episcopali et ejus consiliis atque a popularium factione. Utrique parti aeque resistens reipublicae moderatissima proponit consilia, ut concordiam inter partes disjectas praeparet. Qua re dicit unitatem ecclesiae admodum expetendam esse, sed ne conscientiae vis inferatur. Clare enim intellexit, si per omnes partes reipublicae eandem vim internam et animam spirare necesse sit, maxime cavendum esse, ne occasione sacrorum et religionis dissidium nasceretur et, si dissensio vitare non possit, ut summa reipublicae lex et ordo diversas partes in finibus suis contineat et coustringat, et ipsa super omnes factiones elata, in omnes aeque dominetur: quare providendum esse putat, ne pars a publicis sacris dissentiens summa reipublicae jura ad se rapiat et politicae factionis speciem edat; ab iis factionibus, quae litem de re philosophica moverint, non esse timendum. Quare omnia ejus consilia eo tendunt, ne auctores sectarum exacerbentur, sed ut aut reconcilientur, aut patienter tolerentur, neglectis eorum in theologia diversis sententiis. Baco amicissimus est illi recentioris temporis studio, quod formis pristini temporis rejectis, ulterius progreditur et novas sibi formas aptiores quaerit, quare monet: ne cursus in emendandis moribus ecclesiae retardetur; recte docet, r e g i m e n e c c l e s i a s t i c u m q u o a d f o r m a m m u t a r i p o s s e, et secundum opportunitatem temporum mutari debere. Alterum quoque, quod docet, quamvis ecclesiae episcopali adversum, tamen saluberrimum est, non ad unicum exemplar et formam omnem debere fieri reformationem. Nam non id, quod debebat, ecclesia Anglicana libertati hominum concessit,

quae in rebus ad religionem pertinentibus, non tam externis formis et doctrinarum formulis, quam verae Christianae doctrinae adstringi vult. Id ipsum erat, quod factiones quaesiverunt, quae ab ecclesia episcopali desciverunt; vivam quandam et animis intimis desideriis respondentem religionem, externas suas formas ex interna sua natura sibi efficientem, quaesiverunt. Sed si hae factiones ulterius aliquid sibi sumere et quod ad religionem non pertinet, ad se trahere et etiam armis suas sententias propagare et pacatam civitatis conditionem turbare voluerint; Baco, pro sua sapientia et temperantia se iis objecit: nam religio curat, quae pacis sunt; non, quae discordiae; religio ad id ipsum instituta est, ut pacem aeternam inter homines et Deum conciliet. Ita Baco inter turbas, quibus aetas illa agitabatur, sapientissimum consilium dedit, quod si secuta fuisset gens celeberrima Stuartorum, non in tanta discrimina adducta fuisset. Qua reverentia coluerit religionem Christianam vidimus; sed recte intellexit, quoad externam formam et conditionem ecclesiam, vel, si in una republica adsunt, diversas ecclesias civitati, ut summo moderatori, parere debere. Sed nobis de hac re plura disputaturis in hac dissertatione locus non concessus est; quare ad alia festinamus, ut sapientiam Baconis cognoscamus.

II. DE JUSTITIA, LEGIBUS, JUDICIBUS.

[69]) „Qui de legibus scripserunt, omnes, vel tanquam philosophi vel tanquam juris consulti argumentum illud tractaverunt. Atque philosophi proponunt multa dictu pulchra, sed ab usu remota; juris consulti autem sua

---

69) De Augm. scient. Lib. VIII. c. III.

quisque patriae legum, vel etiam Romanarum aut Pontificiarum placitis obnoxii et addicti, judicio sincero non utuntur, sed tanquam e vinculis sermocinantur. Certe cognitio ista ad viros civiles proprie spectat, qui optime norunt, quid ferat societas humana, quid salus populi, quid aequitas naturalis, quid gentium mores, quid rerum publicarum formae diversae ideoque possunt de legibus ex principiis et praeceptis, tam aequitatis, quam politices discernere."

[70]) „Finis et scopus quem leges intueri atque ad quem jussiones et sanctiones suas dirigere debent, non alius est, quam ut cives feliciter degant: id fiet, si pietate et religione recte instituti, moribus honesti, armis adversum hostes externos tuti, legum auxilio adversus privatas muniti injurias[71]); imperio et magistratibus obsequentes, copiis et opibus locupletes et opulentes fuerint. Harum autem rerum instrumenta et nervi sunt leges."

[72]) „For laws, which are the principal sinews of government, they be of three natures; „jura," which J will term freedoms or abilities, „leges" and „mores."

[73]) „The laws of the most kingdoms and states have been like buildings of many pieces and patched up from time to time, according to occasions, without frame or model."

70) De Augm. scient. Lib. VIII. c. III. Tractat de justitia universa, sive de fontibus juris. Aphor. V. p. 440. Vol. VII.

71) Cfr. Baconis: Laws tracts. The elements of the common Laws of England. Vol. IV. p. 82. et sequent.

72) Brief discourse of the happy union of the kingdoms of England and Scotland. Dedicated in private to his Majesty. Printed in 1603 in 12mo. Vol. III. p. 205.

73) An offer to king James of a digest to be made of the laws of England. Vol. IV. p. 379.

[74]) „Leges mirum in modum et maxime inter se differunt, ut aliae excellant, aliae mediocriter sese habeant, aliae prorsus vitiosae sint. Constituendae igitur sunt quaedam tanquam Leges legum ex quibus informatio peti possit, quid in singulis legibus bene aut perperam positum aut constitutum sit.“

[75]) „Leges vero omnes ex profunda sapientia ortas esse, necesse est, neque naturae vulgaris, non occasione aliqua praesente stimulante latas, sed vera ex providentia futuri.“

[76]) „Let the rule of justice be the laws of the land, an impartial arbiter between the king and his people and between on subject and another.“ „Let no arbitrary power be intruded. But because the life of the laws lies in the due execution and administration of them, let your eye be in the first place upon the choice of good judges; these properties had they need to be furnished with; to be patient in hearing, prudent in governing, powerful in their elocution to persuade and satisfy both the parties and the hearers; just in their judgment; and tho sum up all, they must have these three attributes; they must be man of courage fearing God, and hating covetousness; an ignorant man cannot; a coward dares not be a good judge.“ —

[77]) „Judges must be as chaste as Ceasars wife, neither to be, nor to be suspected to be unjust; the honour of the judges in their judicature is the kings honour, whose person they represent.“

---

74) De fontibus juris Aphor. 6. compara Aphor. 82.
75) Historia Henrici VII.
76) Advice to Sir George Villiers.
77) Eod. loc. No. 4.

[78]) „If any sue to be made a judge, for my own part J should suspect him: but, if either directly or indirectly, he should bargain for a place of judicature, let him be rejected with shame; vendere jure potest, emerat ille prius."

[79]) „There are many courts, some superior, some provincial and some of a lower orb: it were to be wished, and is fit to be so ordered, that every of them keep themselve within their proper spheres. The harmony of justice is then the sweetest, when there is no jarring about the jurisdiction of the courts."

[80]) „Judices ante omnia in memoria fixum tenere debent versiculum ultimum duodecim tabularum: Salus populi suprema lex; et pro certo ponere, leges, nisi sint in ordine ad eum finem, res esse captiosas et oracula male inspirata. Itaque bene succedit, cum rex aut status saepius cum judicibus deliberat et rursus cum judices principem et statum saepius consulant. Ille, cum inter deliberationes politicas interveniat quaestio juris: hi, cum in subjecto legali interveniunt considerationes status. Contingit enim haud raro, ut res in judicium adducta versetur circa meum et tuum et nihilominus consequentia ejus ad rationes status penetret; non solum si quid ad jura regalia impetenda spectet; verumetiam siquid innovationem aliquam minus tutam aut exemplum periculosum introducat; aut si manifesto portionem aliquam populi majorem gravet. Neque quisquam infirmi judicii existimet, justas leges adversus politica vera aliquid anthipathiae habere. Sunt

78) Eod. loc. No. 11.
79) Eod. loc. No. 18.
80) Sermones fideles (Tom X. p. 145.). De officio judicis.

enim haec duo spiritus et nervi, quorum alteri in alteris moventur."

„Recordentur etiam judices, Salomonis thronum leonibus utrinque suffultum fuisse: sint sane leones; sed leones sub throno: caventes, ne aliquid ex juribus regalibus impetant aut convellant."

Nulla res apud Anglos majoris ponderis et momenti est, quam jus legesque, et jus privatum (civile) et jus publicum. Nam ex juris institutionibus apud Anglos omnis nascebatur reipublicae libertas, omnes ordines civitatis bene constitutae. Curiae enim judiciales, quae causas forenses tantum curabant, cum apud Anglos reipublicae constituendae formae legesque arcto vinculo contineantur cum juris civilis legibus, indeque haud paucae profectae sint, mox publicorum negotiorum curandorum participes factae sunt. Cumque juris civilis et publici ea natura sit, ut suarum legum certam normam sequens non ab alia auctoritate, neque populi, neque regis pendeat, curiae illae judiciales liberam suam in rebus publicis gerendis nactae sunt conditionem, ita ut ex nullius voluntate pendentes secundum leges et suam sapientiam saluti publicae prospicere possint. — Baco initia tantum hujus libertatis vidit, et quantum fructum inde perceptura sit patria sua, nondum perspexit. Vidit leges esse quasi summos arbitros inter regem et populum, inter singulos cives, eaque de causa neutrius partis studiosas esse debere, neque etiam ab alterius partis arbitrio pendere posse; vult judices forti animo, justitia, patientia praeditos et contra regis et nobilium auctoritatam munitos essc, cumque lites privatas saepe ad commoda et utilitates reipublicae referri videat, ut iis aut prodesse aut obesse possint: publicam salutem judicibus etiam summam legem, ad quam respiciant, esse debere

intellexit, quare, ut in his rebus judices ad eum, qui summa reipublicae gubernacula tenet, respiciant, commendat. In universum spectata haec non vituperanda sunt, sed si quis inde regulam ad lites privatas componendas constituere velit, omnem juris civilis et publici libertatem tollet. Nam in rebus civilibus nec non capitalibus dijudicandis lex scripta tanquam summa norma observanda est, ita ut judices ad nullam aliam auctoritatem respiciant, sed legum, quae adsunt, sensum pro sua sapientia et prudentia interpretentur; res autem disceptata et dijudicata (magni si est momenti) oculis principis subjicienda est, nam ad regem potestas, quae dicitur, executionis pertinet. Non juribus et privilegiis privatorum hominum cum injuria imminuendis, salus publica crescit, sed reipublicae aeque cordi est, ut quisque privatus jus suum et libertatem suam teneat eaque de causa judices libera et a nemine alio pendente auctoritate frui, necesse est. —

Sed oritur alia quaestio: si judicum est secundum scriptas legum sententias judicium ferre, unde nascuntur leges ipsae? quid, si leges ipsae, prout tulit occasio, scriptae et casu inventae, cum aliis legibus et institutis non recte consentiant! Baco respondet, ascendendum esse ad quasdam leges legum, unde quid in quaeque lege recte aut perperam dictum sit, appareat. Baco igitur cogitatione philosophiam quandam juris concepit, quae ex summis regulis et principiis singula jura legesque derivet.[81]) Sed ipse hujus scientiae adumbrationem

---

81) Dugald Stewart in dissertatione jam citata (vide annot. 3) Aphor. V. et VI. (74 et 79) respiciens, sic: „How precise the notion was, that Bacon had formed of a philosophical system of juris prudence, appears from a remarquable expression, in which he mentioned it as the proper bussiness of those, who might at-

non dedit. Bene intellexit, patriae suae leges non ex uno quodam principio fluxisse, sed per magna temporum spatia modo usu, modo consilio, conditas esse pro variis generibus reipublicae administrandae, quae per decursum saeculorum inter Anglos obtinuerunt. Sed quanticumque ponderis est philosophia juris; tamen haec scientia legibus ipsis adminiculum et auxilium praebere non potest, quod Baco inde speravit. Subest omnibus legibus sensus quidam moralis. populis et hominibus innatus, sensus verae libertatis et rectae rationis: haec est radix atque fons singularum legum, quae humanae naturae insitum sensum recti bonique ad conditiones, inter quas humanae res nascuntur et crescunt, accommodant et vice versa has conditiones sensui illi verae libertatis accommodant. Hic est fons vivus legum, qui semper scaturit novasque formas et leges condit, perversas corrigit, ad quem semper respiciendum est. Philosophia autem non condit leges, sed dum ad vitae humanae instituendae principium ascendit, institutorum sensum internum explicit, non ipsa mutare vult singulas leges, sed tantum hoc efficere vult, ut verae suae naturae memores sint homines videantque, num ea, quae instituerunt, summae legi et naturae hominum conveniant. Baco igitur usum philosophiae in jure et legibus nondum recte intellexit: sed ne nostro quidem tempore de hac re convenit inter philosophos et juris consultos.

III. DE SUMMIS REIPUBLICAE CONSILIARIIS.

[82]) „Of counsellors there are two sorts: the first consiliarii nati, as I may term them, such as the prince

---

tempt to carry his plan to execution: to investigate those „leges legum ex quibus informatio peti possit“ etc.

82) Advice to Sir George Villiers III., 1. 2. 3. p. 445. Vol. III.

of Wales, and others of the king's sons, of these J speak not, for they are naturally born to be counsellors to the king, to learn the art of governing betimes. But the ordinary sort of counsellors are such, as the king, out of a due consideration of their worth and abilities and withal, of their fidelity to his person and to his crown, calleth to be of council with him in his ordinary government .... they cannot come, until they be thus called, and the king at his pleasure, may spare there attendance; and he may dispense with their presence there. — This being the quality of their service, you may easely judge, what care the king should use in his choice of them. It behoveth that they be persons of great trust and fidelity and also of wisdom and judgment, who shall thus assist in bearing up the king's throne, and of known experience in public affairs. Yet it may not be unfit, to call some of young years, to train them up in that trade, and so fit them for those weightly affairs against the time of greater maturity, and some also for the honour of their persons: but these two sorts are not to be tied to so strict attendance, as the others, from whom the present dispatch of business is expected. I could wich, that their number might not be so overgreat, the persons of the counsellors would be the more venerable. — The duty of a privy-counsellor is not only to attend the council board at the times appointed, and there to consult, of what shall be propounded; but also to study those things, which may advance the kings honour and safity and the good of the kingdom etc.

82a) .... to recommand: when any matter of weight

82a) Advice to S. G. V. III. 8. 9. p. 446.

hath been debated, and seemeth to be ready for a resolution; I wish it may not be at that sitting concluded, unless the necessity of the times press it, lest upon second cogitation there schould be cause to alter; which is not for the gravity and honour of that board. I wish also, that the king could be pleased sometimes, to be present at that board; it adds a majesty to it: and yet not to be too frequently there: that would render it less esteemed, when it is become common; besides, it may sometimes make the counsellors not be free in their debates in his presence, as they would be in his absence. —

[83]) „On thing I add in the negative, which is not fit for that board, the entertaining of private causes of meum et tuum; those should be left to the ordinary course and courts of justice. —

[84]) „Quatuor ante alia vitia consiliariis sunt vitanda: Mora nimia, Corruptela, Asperitas, Facilitas."

[85]) „As there is great care to be used for the counsellors themselves to be chosen, so there is of the clerks of the council also, for the secreting of their consultations."

[86]) „Omnes vero viri qui in magistratibus collocati sunt semper reputent, se ter servos esse: servos Principis vel Politiae, servos famae et servos negotiorum." —

In hoc capite Baco se asseclam illius sententiae prodit, quae ex illo tempore invaluit et cui per longum temporis spatium reges et regum amici in omnibus civitatibus favebant; nimirum summam in republica potes-

---

83) Eod. loco III., 11.
84) Sermon. fidel. de magistrat. et dignitat. Tom. X. p. 30.
85) Advice to Sir George Villiers III., 12.
86) Serm. fid. de magist. et dignit. Tom. X. p. 28.

tatem variis ordinibus et membris, apud quae hucusque fuerat, ereptam et coadunatam in manus regis tradendam esse, ita ut omnes, arbitrio suo et libertate sua amissa, in ditionem summi rectoris venirent; nobiles et populares a negotiis publicis arcendos esse, ita ut nihil in eorum arbitrio positum sit, neque etiam summum concilium ex nobilibus congregari posse, nisi sub regis praesidio et imperio. Haec sententia tum temporis invaluit et omnibus civitatibus novam formam novasque leges condidit, ut quae per medium aevum disjectae fuerant reipublicae partes, ad unum apicem consummarentur. Hoc studium et consilium illo tempore invaluisse et in omnes respublicas Europae dominatum esse, tam eleganter, quam vere Rankius in scholis suis de recentiorum temporum historia exponit. Huic sententiae Baco quoque addictus est: quare liberum arbitrium apud regem totum esse vult, consiliarios ab eo eligendos esse, et ab ejus auctoritate pendere ponit. In summis tantum rebus et negotiis regis amicos occupatos esse vult, sed ita, ut consiliis tantum et prudentia sua regis voluntatem adjuvent et ei auxilio sint. Facile apparet, a Bacone veram, liberamque naturam reipublicae nondum perspectam esse. Historia ipsa seriorum temporum longe aliam formam aliaque instituta Anglorum reipublicae condidit, quam quae Baco vidit, et quae saluberrima putavit.

IV. DE LEGATIONIBUS ET NEGOTIATIONIBUS.

86a) „I will tell you, what was the course in the happy days of queen Elisabeth, whom it will be no disrepu-

86a) Advice III. 1. 2. 3. 4. p. 448.

tation to follow; she did vary according to the nature of the employment, the quality of the persons, she employed; which is a good rule to go by. If it were an embassy of gratulation, or ceremony, which must not be neglected, choice was made of some noble person, eminent in place and able in purse, and he would take it as a mark of favour and discharge wit out any great burden to the queens coffers, for his own honours sake. But if it were an embassy of weigth concerning affairs of state, choice was made of some sad person of known judgment, wisdom and experiences and not of a young man not weighed in state matters; nor of a mere formal man, whatsoever his title or outside were. Yet in company of such, some young towardly noblemen or gentlemen were usually sent also, as assistants or attendants, according to the quality of the persons: who might be thereby prepared and fitted for the like employment, by this means at another turn. In their company were always sent some grave and sad men, skilful in the civil laws and some in the languages and some, who had been formerly conversant in the courts of those princes, and knew their ways; these were assistants in private, but not trusted to manage the affairs in public; that would detract from the honour of the principal ambassador. If the negociation were about merchants affairs, then were the persons employed for the most part doctors of the civil law, assisted, with some other discreet men; and in such, the charge was ordinarily defrayed by the company or society of merchants, whom the negociation concerned. If lieger ambassadors or agents were sent to remain in, or near the courts of those princes or

states, as it was ever held fit, to observe the motions, and to hold correspondence with them, upon all occasions, such were made choice of, as were presumed to be vigilant industrious and discreet men and had the language of the place, wether they were sent."

[87]) .... there were always sent forth into several parts beyond the seas some young men, of whom good hopes were conceived of their towardliness, to be trained up and made fit for such public employments and to learn the languages. This .... was not much at charge; for they travelled but as private gentlemen: and as by their industry their deserts did appear, so were they farther employed or rewarded. This course I shall recommend unto you, to breed up a nursery of such public plants."

[88]) „In tractando per alios cautins et melius fuerit, eos eligere, qui simplicioris sunt ingenii; quos probabile est illa, quae in mandatis habent, exsecuturos, et successum rei fideliter narraturos: quam eos, qui ex aliorum negotiis aliquid in se honoris aut utilitatis transferre callidi sunt atque ea, quae referent, verbis emollient, ut impense placeant."

„Tales etiam adhibendi, qui negotio, cui praeficiuntur faveant; id enim industriam acuit: atque insuper tales, qui cum re, quam tractant, congruitatem quandam habent: veluti, audaces ad expostulandum, blandos ad persuadendum; astutos ad observandum et rimandum, protervos et paulo absurdiores ad res, quae aliquid iniqui habent, transigendas. Tales etiam adhibendi, qui in negotiis antea tractandis, felices fue-

87) Advice III., 11. p. 449.
88) Serm. fidel. dc negotiatione. Tom. X. p. 127.

runt et obtinuerunt; hoc enim confidentiam parit, et omnem lapidem movebunt, quo veluti praescriptionem tueantur."

In hoc capite videmus, qua prudentia et sollertia Baco singulis occasionibus et conditionibus prospiciat. Prudentia haec sonsilia ab Elisabetha et iis viris, qui negotiis hujus reginae praeerant, didicerat. Legationum enim artes, quarum Romani tantum legati antea periti erant, jam nunc ad alias aulas transierant, ita ut inter negotia difficillima legatorum quisque paciscendi facilitate, consiliorum calliditate imbecillitatum et vitiorum humanorum cognitione, ceteros vincere studeret. Quare hae artes ad artem politicam referebantur et Baco harum artium lineamenta describere non abs re esse putavit.

V. DE PACE ET BELLO.

[89]) „Nullum omnino corpus, sive sit illud naturale, sive politicum, absque exercitatione sanitatem suam tueri queat. Regno autem aut reipublicae, justum atque honorificum bellum loco salubris exercitationis est. Bellum civile profecto instar caloris febrilis est; at bellum externum instar caloris ex motu, qui valetudini inprimis conducit. Ex pace enim deside atque torpente et emolliuntur animi et corrumpuntur mores. Sed utcunque res se habeat, quatenus ad alicujus status felicitatem, magnitudinis proculdubio interest, ut quasi semper in armis sit."

[90]) „Besides, it is a better condition of inward peace,

89) Serm. fidel. De proferendis finib. imper. Tom. X. p. 86.
90) Observat. on a libel saep. jam cit. Vol. III. p. 69.

to be accompanied with some exercise of no dangerous war in foreign parts, than to be utterly without apprentisage of war, whereby people grow effeminate and impractised, when occasion shall be. And it is no small strength unto the realm, that in these wars of exercise and not of peril, so many of our people are trained, and so many of our nobility and gentlemen have been made excellent leaders both by sea and land."

[91]) „God is the god of peace; it is one of his attributes, therefore by him alone we must pray and hope, to continue it; there is the foundation. And the king must not neglect the just ways for it; justice is the best protector of it a home and providence for war is the best prevention of it from abroad."

[92]) „To a war are required, a just quarrel, sufficient forces and provisions, and a prudent choice of the designs."

[93]) „The whole kingdom is but one entire body, else it will necessarly be verified, which elsewhere was asserted. Dum singuli pugnamus, omnes vincimur."

[94]) „Imperio aliquo magno labescente et viribus fracto, pro certo bella expectes. Etenim imperia magna, dum in vigore sunt, copias nativas provinciarum enervant et destruunt, propriis cohortibus domi fidentia: cum autem et illae deficiunt, omnia ruunt atque aliis gentibus in praedam cedunt ....."

---

91) Advice V. 2. 3. p. 450.

92) Considerations touching a war with Spain a 1624. V. III. p. 439.

93) Advice V. 13. p. 451.

94) Sermon. fid. de vicissitudine rerum. Tom. X. p. 151.

[95]) „Cum gens aliqua prius bellicosa, ad mollitiem et luxuriam degenerat, de bello certa esse possit; status enim tales plerumque, dum degenerant, opes accumulant, adeo, ut praeda invitet et declinatio virium animet gentes alias ad eosdem invadendos."

[96]) „Opinione fere generali virorum maxime circa res bellicas judicii, robur praecipuum exercitus alicujus in peditatu maxime consistit. Pedites autem, ut fortes et bellicosi evadant, opus est, ut in conditione aliqua non servili auti nopi, sed libera et copiosa degant. Itaque si quod regnum aut status in nobilissimos et generosos potissimum excrescat: agricolae autem et aratores loco tantum et conditione operariorum illis inserviant aut forte tuguriastri meri existant (qui pro mendicis tecto coopertis tantum haberi possunt) equitatu certe pollere possit, sed peditatu minime; tanquam silvae caducae, quae si arboribus grandioribus abundent, dumos et vepres progignent, ligna autem puriora non educent." —

[97]) „Sea captains and commanders and other officers must be encouraged, and rise by degrees, as their fidelity and industry deserve it." —

„Let brave spirits, that have fitted themselves for command, either by sea or land, not be laid by, as person unnecessary for the time: let arms and ammunition of all sorts be provided and stored up as against a day of battle; let the ports and forts be fitted so, as if by the next wind we should hear of an alarm; such a known providence is the surest protection." —

---

95) Eod. loc. p. 152.

96) Historia Henrici VII. p. 1038 (Bac. op. omn. Hafniae).

97) Advice V. 13 Tom. III. 451.

[98]) „A king, against a storm, must foresee to have a convenient stock of treasure; and neither be without money, which is the sinews of war, nor to depend upon the courtesy of others, which may fail at a pinch. He must also have a magazine of all sorts, which must be had from foreign parts or provided at home, and to commit them to several places, under the custody of faithful ministers and officers, if it be possible. He must made choice of expert and able commanders to conduct and manage the war; either against a foreign invasion, or a home rebellion; which must not be young and giddy, which dare, not only to fight, but to swear, and drink, and curse, neither fit to govern others, nor able to govern themselves. — Let not such be discouraged, if they deserve well, by misinformation, or for the satisfying the humours or ambition of others, perhaps out of envy, perhaps out of treachery, or other sinister ends. A steady hand in governing of military affairs is more requisite than in times of peace, because an error committed in war may, perhaps, prove irremediable. — When a civil war shall be at an end, those, who had been found faihtful in the land must be regarded, yet and rewarded also; the traiterous, or treacherous, who have misled others, severely punished; and the neutrals and falsehearted friends and followers, who have started aside like a broken bow, be noted carbone nigro."

Philosophus noster, postquam in tribus prioribus capitibus de internis partibus civitatis locutus est, in quarto jam pervenit ad amicitias et pactiones cum ex-

---

98) Advice V. 13. Tom. III. p. 453.

ternis civitatibus; nunc ad inimicitias bellaque transit, et in hoc capite, quae profert, non satis commendanda sunt. Pacem quidem exoptat et omnibus belli discriminibus praeferendam ducit, sed bellum praefert imbecillae paci, quae internas reipublicae vires consumit et imminuit. Recte videt justo bello non deprimi et exhauriri vires, sed potius crescere in exercitatione virtutis. Nam quae sit copia virium et virtutis in bellis cognoscitur. Bella non frustra suscipiuntur, sed quod status civitatis et ratio, qua ad alios refertur et in qua dignitas et honor et summum ejus jus situm est, gravi injuria ab altera civitate afflicta est; et cum totius populi animi viresque excitentur, ut omni ratione patriam suam defendere et injurias propulsare conentur, omnibus levioribus commodis neglectis, eam utilitatem, quam in summo loco ponunt, retinere student; cumque patriae libertatem et jura vitae suae praeferant, se ipsi vera libertate dignissimos demonstrant. Ita quamvis ad tempus vires, reipublicae attritae et afflictae sint, internae tamen augentur et crescunt, ita ut honesta pax ex discrimine belli proficiscatur. Haec omnia clare vidit Baco, etiam sapientissima dedit consilia ad bella praeparanda et instruenda. Quod proposuit, ut quasi semper in armis sit respublica, nostrates melius, quam illa aetas, assecuti sunt, cum florem et robur populi paratum semper et exercitatum ad bella gerenda instruant. Praeclare dicit, justitia civitatem civili bello muniri, providentia bella externa et arceri et geri. Sin autem suscipiantur, requiri causam justam, exercitum bene instructum et prudens exercitum ducendi consilium. Sed longum esset omnia, quae de hac materia scripsit, laudibus extollere, satis est unius tantum rei mentionem facere, robur exercitus pedites esse, hosque, ut ad bella gerenda apti

essent, libere educandos neque pro servis habendos esse. In hac re Baconem verissime sensisse, posterorum saeculorum historia demonstravit. Satis notum est impetum Francorum in terras finitimas ea de re tam vehementem et insuperabilem fuisse et secunda fortuna per pluros annos usum esse, quod libera republica potiti, omnes libertatis afflatu incensi erant. Baco pulchre intellexit, militem ad rem agendam tum demum habilem et idoneum esse, si bellum juste suscipiatur et, si quisque intelligat, de re gravis momenti agi, rem ad se ipsum pertinere, suam ipsius libertatem in disceptationem vocari.

VI. DE COMMERCIO.

[99]) I begin with the trade, which is at home; which enableth the subjects of the kingdom, to live and layeth a foundation to a foreign trade by traffic with others, which enableth them to live plentifully and happily. — For the home trade, I first commend unto your consideration the encouragement of tillage, which will enable the kingdom for corn for the natives and to spare for exportation. — Good husbands will find the means, by good husbandry to improve their lands . . . . . it will not be amiss, that they be put in mind thereof and encouraged in their industries. The planting and preserving of woods, especially of timber, is not only profitable, but commendable, therewith to furnish posterity, both for building and shipping. The kingdom would be much improved by draining of

99) Advice VI. Tom. III. p. 454.

drowned lands. Much good lands might be gained from forests and chases ...... The making of navigable rivers would be very profitable ..... If hemp and flax be converted into linencloth or cordage, the commodity thereof will be multiplied. So it is of the wools and leather of the kingdom, if they be converted into manufaktures.“

[100]) „This realm is much inriched of late years by the trade of merchandise, which the English drive in foreign parts; and if it be wisely managed, it must of necessity very much increase the wealth thereof: care being taken, that the exportation exceed in value the importation; for then the balance of trade must of necessity be turned in coin or bullion. — But especially care must be taken, that monopolies, which are the cankers of all trading [101]) be not admitted under specious colours of public good.“ —

„To put all these into a regulation, if a constant commission to men of honesty and understanding were granted and well pursued, to give order for the managing of these things, both at home and abroad, to the best advantage; and that this commission were subordinate to the council-board; it is conceived it would produce notable effects.

[102]) „Incommoda foenoris haec sunt. Primum, quod mercatorum numerum minuit: nam si ignava haec pecuniae in foenus erogatio e medio tolleretur, nummi non delitescerent prae socordia, sed magna ex parte in mercaturam impenderentur, quae instar venae por-

---

100) Advice VI., 18 p. 455. Tom. III.

101) Vide quae in fine dissert. de vita politica Baconis disputamus.

102) Serm. fidel. De usura sive foenore Tom. X. 107. 108.

tae cuivis regno opus est ad opes introducendas. Secundum, quod mercatores inopes reddit: sicut enim colonus terram colere ita fructuose nequit, si reditum solvat nimis gravem; ita mercator tam commode et lucrose mercaturam suam exercere vix potest, si pecuniis foenore sumptis negotiatur. Tertium incommodum duorum priorum appendix quaedam est, portoriorum et vectigalium publicorum imminutio, quae fluunt et refluunt pro modo commercii. Quartum, quod thesaurum et pecunias regni sive reipublicae in paucorum manus reducit: cum enim foeneratoris lucrum certum sit, ceterorum incertum, eveniet in fine ludi, prout fit saepe in alea, ut maxima pars pecuniae promo cedat. Illud autem pro inconcusso tenendum: florere rempublicam inprimis, cum pecuniae dispergantur non coacerventur. Quintum, quod et praediorum pretium deprimit: etenim pecuniae insumuntur vel in mercaturam, vel in praediorum coemptiones; foenus autem utrique obviare videtur. Sextum, quod omnes labores, molimina, inventa nova quaecunque enervat et hebetat; in quibus pecunia minime sibi deesset, nisi a torpedine ista impediretur. Postremum, quod tinea est et teredo facultatum quam plurimorum hominum; id quod tractu temporum egestatem publicam parit. —

[103]) „E contrario commoda foenoris haec sunt: Primo, quod, utcunque usurae in aliquibus mercaturae noceant, in aliis nihilominus prosunt: certissimum enim est, maximam mercaturae partem a junioribus mercatoribus exerceri, foenore sumptis pecuniis; unde si foenerator pecunias suas vel exigat, vel non emittat, secutura necessario est magna mercaturae clades. Se-

103) Serm. fidel. Eod. loc. p. 108.

cundum est, quod nisi prompta haec a foenerationibus pecuniarum mutuatio hominum necessitatibus obveniret, in extremas angustias cito redigerentur res suas (sive bona mobilia fuerunt, sive praedia) nimis vili pretio vendere: itaque, ubi foenus rodit tantum, distractiones praeproperae penitus absorberent. Nam quantum ad oppignerationes, aut ea, quae a Jureconsultis appellantur mortua vadia, huic certe malo remedium vix exhibebunt: si quidem aut ea prorsus non accipient homines sine foenore; aut si accipiant, solutione ad diem minime praestita, summo jure agent. Memini, pecuniosum quendam, virum durum, rure agentem, qui solebat dicere: In malam crucem abeat ista foeneratio; impedimento est, quo minus pignorum et obligationum poenas exigere possimus. Tertium et ultimum hoc est: nugas meras dico, si quis existimet, mutuationem pecuniarum facilem, non admisso foenore, fieri posse: neque rursus quis animo comprehenderit, innumera, quae sequentur, mala, si contractus illi mutui dati et accepti convellantur. Itaque de abolendis prorsus Usuris sermones facere ineptum foret. Respublicae omnes, pro diversa tamen ad sortem ratione, eas tolerant; adeo ut opinio illa in Utopiam protinus releganda [104]).

„Dicamus jam de reformatione et norma usurarum. Quibus nimirum modis, incommoda earum optime evitentur, commoda retineantur. Patet jam, conferendo inter commoda et incommoda usurarum, quod modo fecimus, duo esse, quae reconciliare oportet. Prius,

---

104) In Thomae Mori Utopia multa, quae huc pertinent, inveniuntur. A. 1516 primo Londini prodiit. Vide Hallam introd. etc. — Vol. I. chap. IV. §. 36. p. 389.

ut retundantur dentes foenoris ne nimium mordeat; secundum, ut viris pecuniosis aperiatur via, qua ad pecunias mercatoribus praestandum invitentur, ne commercium intercidat, aut languescat. Hoc autem fieri non potest, nisi in foenore duas proportiones introducas, minorem et majorem. Si enim foenus ad unicam tantum proportionem eamque minorem redigas, mutuo accipientem aliquantulum levabis, sed mercator pecunias non facile reperiet. Atque insuper notandum est, mercaturam, cum sit omnium maxime lucrosa, foenus ad proportionem bene magnam ferre posse; alios contractus minime. — Ut his duabus intentionibus satisfiat hac via insistere licet. Duae sunto foenoris proportiones; prior omnibus permittatur; posterior cum licentia, aliquibus tantum hominibus et in aliquibus reipublicae locis, ubi mercatura fervet, concedatur"[105]).

Quae in hoc capite nobis occurrunt, miram Baconis sapientiam et circumspectionem in utilitatibus reipublicae et civium curandis produnt. Quae de commercio augendo et amplificando proponit, mirifice inventa sunt ad initia negotiationis augenda. Fridericus II. iisdem consiliis internas civitatis suae vires amplificare voluit: sine dubio hac ratione cives mox magnas opes sibi comparabunt: namque si omnibus rationibus omnes vires, quae reipublicae sunt et civibus, evocantur et exciuntur, ut quantacunque possunt, commoda proferant, eaque, quibus cives non indigent, exportata venduntur; contra legibus impeditur, quo minus plus, quam necesse est invehatur, mox magnopere crescunt divitiae civium et reipublicae; nam suis ipsius viribus tunc utitur respublica

---

105) Cfr. quae Baco eodem loco disputat p. **109. 110.**, quaequamvis falsa, tamen ingenium acutissimum produnt.

et in virium suarum exercitatione perpetua sitae sunt opes et divitiae civitatis, providendum est, ne ulla pars quiescat et desidiae sese dedat; haec quoque est causa (quam Baco non penitus perspexit) quod pecunia foenore occupanda est. Nam pecuniae non debent esse non effiaces, non debent jacere et vacare, sed cum sint pars divitiarum civitatis, exercitandae et ad communem utilitatem adhibendae sunt; si autem foenore occupantur, ita eas adhiberi necesse est, ut duplicem proventum efficiant, et ei, qui sumsit foenore, et ei, qui dedit foenori. Commercio ipso efficitur, ut nonnulli opibus et divitiis caeteros superent, sed ne inutiles sint hae divitiae et sine fructu et a communi commodo remotae, foenori dandae sunt; eaque de causa quaestio illa de foenore, quam Baco movit, otiosa est et supervacanea et rem ab eo nondum recte perspectam docet, quamvis ea, quae ad primam sententiam tuendam profert, non sine magno acumine disputata sint: sed ad longe aliud genus disputationis pertinent. Ut igitur ad id redeamus, unde profecti sumus, consilia quae Baco dat ad commercium adjuvandum mirifice faciunt ad negotiationem brevi tempore erigendam augendamque; mox si divitiae civium et reipublicae auctae sunt, leges ad importationem impediendam paullulum remitti possunt, ut major libertas negotiationibus concedatur. Nam si consiliis illis initia aucta, et magnae divitiae collectae sunt, legibus liberalioribus opes in dies incrementa capiunt. Quare non vituperandus erat Baco ab Anglis nonnullis[106]), quod libertatem mercaturae coerceri voluerit;

---

106) „Bacons notions with respect to commercial policy seem to have been more peculiarly erroneous; originating in an overmeening opinion of the efficacy of law, in matters, were natural

sapientissimis Baconis consiliis haec civitas opes suas divitiasque refert acceptas. Etiam in hac re Baco bene consuluit initiis negotiationis, quod commercii summum moderatorem voluit esse civitatem, ita quidem, ut procuratores qui utilitatibus mercatorum prospicerent, subjecti sint consilio cuidam summo, quod commodis reipublicae consulat. Commercium apud Anglos in dies crevit, quod respublica expeditionibus et itineribus instituendis et innumeris legibus prudentissimis et suis et civium suorum commodis sapientissime consuluit. Illa ratio, qua Baco libertates mercaturae cum utilitatibus reipublicae conjunxit, nostris quoque temporibus admodum commendanda est.

VII. DE COLONIIS.

[107]) „Colonies and foreign plantations are very necessary, as outlets, to a populous nation, and may be profitable also, if they be managed in a discreet way.“

[108]) „Plantationem populorum probo in solo puro: intel-

---

causes ought to be allowed a free operation. It is observed by Hume, that the statutes of Henry VII relating to the police of his kingdom are generally contrived with more judgment, than his commercial regulations. The same writer adds that:“ The more simple ideas of order and equity are sufficient to guide a legislator in every thing, that regards the intern administration of justice; but that the principles of commerce are much more complicated and require long experience and deep reflection to be well understood in any state. The real consequences is there often contrary to first appearances; no wonder that during the reign of Henry VII these matters were frequently mistaken and may safely be affirmed, that even, in the age of Lord Bacon very imperfect and erroneous ideas were formed on that subject.“ Dugald Stewart in dissertatione Annot. 3. citata.

107) Advice VII. 1.

108) Serm. fidel. de plantation. popul. et col. Tom. X. p. 93.

ligo, ubi populus non destruitur, ut populus inseratur. hoc enim cum fit, exstirpatio prorsus, quam plantatio." —

[109]) „In the choice of the place .... il would be more convenient to be chosen by some of those gentlemen, or merchants, which move first in the work, than to be designed unto them from the king; for it must proceed from the option of the people, else it sounds like an exile; so the colonies must be raised by the leave of the king, and not by his command."

[110]) „Plantatio regionum non absimilis est plantationi silvarum, in quibus de utilitate capienda nihil cogitandum ante annum vicesimum: verum fructus uber et locuples in fine operis expectandus. Illud certe, quod praecipue colonias alias bene cessuras evertit, fecit sordida illa et avida lucri captatio sub initiis coloniarum. Verum est, lucri segetem acceleratam non negligendam, modo cum bono coloniae conjuncta sit, sed non ultra. Indignum quiddam et infaustum est, cum faex populi exulis et damnati [111]) in coloniae seminarium sumuntur. Hujus modi enim homines profligati instar erronum degent; nec operi accingent, sed otio se dedent, quin et scelera perpetrabunt, fruges consument et coloniae fastidio afficientur: ac tum demum nuncios et litteras in patriam mittent, in plantationis praejudicium et dedecus. Populus, qui in coloniam sumatur, praecipue sint artifices generum sequentium: hortulani, aratores, fossores, chirurgi, pharmacopolae, coci, pistores, cervisiarii et hujus modi."

---

109) Advice VI. 2. p. 456.

110) De plant. popul. et coloniis, Tom. X. p. 93.

111) Cfr. Advice VI. 12. ubi addit: no known bankrupt .... nor known murderer, or other wicked person etc.

[112]) „In regione ubi plantare instituis, circumspice primo, quod genus esculentorum et potulentorum terra ex sese, sine cultura edat: veluti castaneas etc. atque illis ut par est utere. — Dein disquire, quod genus victualiorum solum proferre possit celeriter intra annum ... [113]). Pecudes et aves delige eas, quae a morbis praecipue immunes sunt et prae ceteris prolificae. Praecipue autem piscationibus incumbendum, tum ad sustentationem coloniae, tum ad lucrum exportationis. Commeatus in coloniis [114]) adeo parca manu fere distribuendus, ac si in oppidis obsessis esset; hoc est pro rata. Maxima autem pars soli, quod in hortos aut segetes convertitur, horreis publicis assignetur, in quibus fruges reponantur et mensura certa distribuantur: ita tamen, ut supersint nonnullae fundi portiones, in quibus industria singulorum se exerceat. Circumspice insuper, quas merces nativas regio illa producat, ut exportatio earum in loco, ubi maximo in pretio sint, sumptus levet ..... Sylvae in regionibus desertis ut plurimum abundant; itaque ligna ad aedificia, naves aut ejusmodi usus, apta, inter praecipuas merces numeranda."

[115]) „Regimen coloniae committatur uni cui tamen assideant consiliarii aliquot; atque muniantur auctoritate, ad exemplum juris militaris sed aliquantulum restricta. Ante omnia hunc sibi decerpant homines fructum, vivendo in eremo, ut deum semper ejusque cultum prae oculis habeant [116]). Rursus colonia a numerosiore con-

---

112) Respice Advice VI. 1. p. 456.

113) Respice eundem loc. sequentesque.

114) Vide Advice VI. p. 460. Tom. III. N. 1. et 2.

115) Serm. fidel. de plant. pop. et col. p. 95. Tom X. Respice quoque Advice VII. 3. p. 457.

116) Respice etiam Advice VII. 7. p. 457. et 5. p. 459.

silio (intelligo in regione, matre coloniae, residente) non pendeat; nec ob contributiones exiguas multitudini nimiae subjiciatur, sed sit numerus eorum, qui negotia coloniae procurant et ordinant, moderatus; sintque potius ex nobilibus et generosis, quam mercatoribus; hi enim lucro praesente, plus satis inhiant. Sit plane immunitas a vectigalibus et portoriis [117]), donec colonia adoleverit; neque tantum immunitas a solutionibus, sed etiam libertas merces, in quascunque velint partes exportandi, nisi gravis aliqua causa obfuerit. Coloniam populo ne farcias aut superoneres, alios post alios mittendo, sed potius informationi diligenti intende, quot capita de tempore in tempus minuantur; eaque numero conveniente, pro rata suppleas, ita tamen ut coloni bene victitent nec pecunia affligantur. . . . . . . Si coloniam plantes, ubi Barbari sedes suas habeant, neutiquam eos nugis tantum et tricis concilies; sed justitia et modis gratiosis demerere; nihil tamen de praesidiis minuendo quae ad securitatem pertinent; neque etiam benevolentiam eorum aucupare auxiliis contra hostes suos; sed auxiliis defensivis non incommodum erit subvenire. Interest etiam, aliquos ex indigenis, saepe in regionem, unde colonia migravit, mittere; ubi videant, conditiones hominum suis multo praestantiores, idque sub reditu inter suos divulgent. Postquam colonia adoleverit et robur acceperit, tempestivum erit, mulieres submittere, ut colonia ex sese propagetur, nec semper ab externis pendeat. Super omnia flagitiosissimum est coloniam semel deductam deserere et destituere; praeterquam enim quod dedecori est, nil aliud est, quam

---

117) Vide Advice VII. 15 p. 459.

proditio mera, profusioque sanguinis complurium hominum miserorum."

[118]) „To regulate all these it will be worthy the care of a subordinate council, to whom the ordering of these things may be committed, and they give an account there of to te state."

Sic etiam de coloniis emittendis et instituendis, nec non augendis, sobrie cogitavit Baco. Sub Elisabetha Angli primas colonias condiderunt in terris non auro refertis, immo natura et situ suo novis, incolis multa impedimenta obstruentibus; non ad praesens tempus inde magnus fructus expectandus erat; immo potius multi sumptus in his coloniis deducendis faciendi erant. Quare Angli, interque eos Baco, id maxime egerunt, ut ab initio eos, qui in colonias deducerentur, bene constituerent exiliaque eorum initia sublevarent, ut inde patriae suae fructus firmus et diuturnus in posterum tempus exspectari possit. Fere omnia Baconis consilia terras respiciunt, ex quibus ab initio incolae vix victum necessarium sibi comparare possunt, ex quibus autem, si provide administrentur coloniae, multas utilitates reipublicae proventuras sperare licebat. Quare omnia remedia quaerit Baco, quibus difficilis eorum conditio sublevetur; relaxari vult onera, quae patria coloniis suis imponit; admonet ne per primos annos patria fructum inde speret. Et, ne colonia avida mercatorum avaritia exhauriatur, sed idoneum fructum, quamvis non ad praesens tempus, reipublicae ferat, colonias quarum singulae cuique praesidem unum constitui vult, in patria concilio cuidam curandas dat, quod non ex mercatoribus, sed ex nobilibus et generosis compositum sit. Sed cum hoc

118) Advice VII. 10c. p. 462.

concilium id tantum spectet, quid inde fructus respublica percipere possit, nondum id curabat, ut coloniae, cum onera et vectigalia a republica unde deductae sunt iis imponantur, jure fruantur, de his vectigalibus cum moderatoribus Angliae tractandi et disponendi. Id nondum vidit Baco, et vix hoc reputare poterat, cum initia tantum coloniarum videret. Sed cum illam libertatem coloniis suis non concederent Angli, atrocissima bella exorta sunt, quae valde terram patriam afflixerunt. Quod postea Angli coloniis suis imposuerunt, unde alia belli causa exorta est, nimirum, ut merces primum in Angliam mitterentur et inde exportarentur et omnino, ut a terra patria constitueretur, ubi merces coloniarum vendendae sint; id Baco non imposuit, cum colonias ipsas crescere vellet, eamque ob rem omnium harum rerum libertatem iis concessit.

VIII. DE AULA ET COMITATU PRINCIPIS.

119) „The king in his own person, both in respect of his houshold or court, and in respect of his whole kingdom, for a little kingdom is but as a great houshold, and a great houshold as a little kingdom, must be exemplary; greatest care must be, ... that the great man of his court, who are first in the eye of all men, give no just cause of scandal; either by light, or vain, or by oppressive carriage."

120) „The great officers of the kings houshold had need, be both discreet and provident persons; yet in the choice of them, there is more latitude left to affection,

119) Advice VIII. p. 462. 1.
120) Eod. loco VIII. 3.

than in the choice of councellors and of the great officiers of state, before touched."

[121]) „For the other ministerial officers in court . . . . they have usually risen in the houshold by degrees, and it is a noble way, to encourage faithful service: but the king must not bind himself by a necessity herein, for then it would be held ex debito: neither must he alter it, without an appearent cause for it."

[122]) „The king must be put in mind to preserve the revenues of his crown, both, certain and casual, without diminution, and to lay up treasure in store against a time of extremity; empty coffers give an ill sound; and make the people many times forget their duty thinking, that the king must be beholden to them for his supplies." —

„I shall by no means think it fit, that he reward any servants with the benefit of forfeitures . . . . it would neither be profitable, nor honourable." —

„Besides matters of serious considerations, in the courts of princes, there must be times for pastimes and disports . . . . yet care would be taken, that in such cases they be set off more with wit and activity, than with costly and wasteful expences."

„But for the king and princes and the lords and chivalry of the court, I rather commend, in their turns and seasons, the riding of the great hosse, the barriers, tennis and hunting, which are more for the health and strength of those, who exercise them, than in an effeminate way to please themselves and others. — Yet dice and cards may sometimes be used for

---

121) Eod. loco VIII. 4.
122) Advice VIII. 8. p. 464.

recreation; when fields-spords cannot be had; but not to use it as a mean to spend the time, much less to misspend the thrift of the gamesters."

In ultimo litterarum illarum, quarum ordinem secuti sumus, capite ad summum reipublicae caput Baco iterum ascendit, postquam singulas administrandae civitatis partes consideravit. Admonet regem, ut ejus vita privata et familia, quae cum eo vivat, exemplum sese subditis exhibeat et in hoc regni quasi intimo recessu, tanquam in parvo regno, iisdem virtutibus fulgeat, quas in magno regno in variis administrandae reipublicae partibus probat. —

Videmus igitur, si ad omnia respicimus, quae hucusque tractavimus singula, Baconem in omnibus partibus administrandae reipublicae miram consilii prudentiam probare, ita ut omnibus, utcunque res ceciderit, providisse videatur. Quamvis non, sicut nostri philosophi, ad summam legem et ideam, ut ita dicam, civitatis ascenderit, ut inde singula praecepta petat, tamen magna cum circumspectione omnes partes respexit, et in singulis considerandis totius reipublicae naturam prae oculis habebat. Sed etiam errores ejus vidimus, qui aut ex imperfecta ejus, quam vidit, civitatis natura fluunt, aut ex ejus prudentiori saepius quam sapienti consilio proficiscuntur. Sed, si hucusque bene constitutae reipublicae naturam et leges cognovimus, et quibus consiliis potentia ejus augeatur, nunc videamus, quibus remediis occurrat internis malis, quae cum vi errumpunt et subitam rei mutationem minantur. Ut apertius ejus sententias de hac re intelligamus, veniamus ad tractatum in ejus sermonibus fidelibus, qui de seditionibus et turbis inscriptus est.

III.

I. DE SEDITIONIBUS ET TURBIS [123]).

De hac re Baco elegantissime disseruit, ita ut breviter id, quod continetur in serm. fidel. (c. XV.) exponere aptissimum videatur. Seditiosis rumoribus, dicit, plerumque annuntiari seditiones; contemtos autem rumores facilius evanescere et conatu sedulo eos coercendi nihil aliud fere effici, quam ut magis durent. Neque minus futurae seditionis suspicionem id praebere, de quo Tacitus loquitur: „Erant in officio, sed tamen qui mallent imperantium mandata interpretari quam exsequi.“ Porro turbas imminere, si reverentia erga principem exueretur: „motus enim procerum debent esse sicut motus planetarum sub primo mobili, qui rapide quidem circumferuntur secundum motum primi mobilis; leniter autem renituntur in motu proprio. Quare, si viri primores et nobiles propriis motibus violenter rapiantur et (ut scite Tacitus) liberius, quam ut temperantium meminissent: orbes perturbari manifestum est. Reverentia enim id ipsum est, quo reges a Deo accinguntur. Hic minus reipublicae perturbationem adesse „cum principes, qui se pro parentibus communibus gerere deberent, factioni alicui se adjungunt“, sicuti Henricus III, Gallorum rex, Ligae sese sociavit; at ad exstirpandos eos, qui novae doctrinae studiosi erant, paulo post Liga arma sua contra

---

123) Tom. X. p. 37. Hallam in historia litterarum saepius jam citata, sic, Tom. II. p. 342. (chap. IV. §. 33.), Baconis scripta cum Macchiavelli doctrina comparans: „Nothing in the Prince or the discourses on Livy is superior to the Essays: on seditions, on Empire, on innovations, or generally to those, which bear on the dexterous management of a people by their rulers.

regem ipsum convertit. Quae „prognostica“ seditionum postquam exposuit philosophus noster „materiam seditionum“ expendit: duplicem invenit: magnam inopiam et praesentium rerum taedium, secundum Lucani:

„Hinc usura vorax rapidumque in tempore foenus:
Hinc concussa fides et multis utile bellum.“

„Si primorum hominum indigentia ac res accisae cum summa plebis inopia et paupertate conjungantur, periculum imminet grave.“ Periculi autem magnitudo non metienda est „ex eo, quod justa sint aut injusta illa, quae animos populi alienant: hoc enim esset, vulgus rationis nimium capax putare, qui suo saepe recalcitrant commodo. Neque etiam ex hoc, quod gravamina ex quibus invidia oritur, grandia sint aut exigua. Malevolentiae enim ex omnibus istae periculosissimae sunt, ubi plus timetur, quam sentitur.“ „Dolendi modus, timendi non item.“ —

Nunc ad causas seditionis auctor noster transit. Scite discernit inter materiam et causas; materia nimirum nihil est, nisi externa occasio et fomes, unde ignis erumpit, si aliunde causa accedit et virtus agendi; causae seditionis sitae sunt in internis et reconditis partibus animi humani. Causas has exponit: „In rebus religionis innovatio; legum et consuetudinum mutatio; immunitatum et privilegiorum violatio, oppressio universalis, indignorum ad honores et magistratus promotio; alienigenae, caritas annonae; milites incuriose dimissi, factiones factae desperatae.“ Videmus, quantum studium Baco historiae impenderit, quid inde didicerit. — Nec minus prudentiam nostri philosophi admiramur, remedia considerantes, quae suadet contra seditiones: „Primum contra seditiones remedium et praeventio haec est: omni cum opera causam illam seditionum materialem, de qua diximus, amo-

vere, paupertatem intelligo civium et inopiam. Cui inservit rationes commercii bene liberare, et bene librare; artifices et manufacturas introducere et fovere, desidium et otium profligare; luxum et profusionem sumptuariis legibus coercere; solum et agros cultura lucrosissima subigere; rebus venalibus pretia justa imponere: census et tributa moderari et similia."

„Nihil autem prius esse debet aut consultius, quam, ut videat magistratuum prudentia, ne pecuniarum thesauri apud paucos recondantur. Aliter enim facile fuerit, rempublicam inter magnas opes fame perire. — Hoc praecipue efficietur supprimendo, aut saltem coercendo voragines illas, foenoris, monopoliorum et latifundiorum in pascua conversorum et similium."

„Quantum ad sedandas animorum offensiones aut saltem ad amolienda ea, quae ab iis proveniunt, pericula, duo sunt in omni statu (ut notum est) subditorum genera, proceres et plebs. Quaevis harum partium, sola si infensa sit, non magnum subest periculum. Tardi enim sunt populi motus, nisi a nobilibus incitentur. Nobiles autem invalidi, nisi vulgus sua sponte ad motus aptum et praedispositum sit: tum periculum re vera ingruit, cum potentiores expectent, dum aquae moveantur apud vulgus, ut ita demum animos exulceratos prodere possint." —

Reges monendi sunt, „quam tutum et salutare sit iis plebis studia conciliare et retinere."

Quae si omnia praevertere malum videntur, remedia nunc, quae Baco proposuit ad sedandos animos, videamus: „Licentiam nonnullam, sed moderatam animis gravate affectis et malevolis indulgere, ut ebulliant eorum dolores, et in fumos abeant, (modo insolentia absit et audacia) utile sane est." Deinde „politice et artificiose

spem nutrire et injicere atque homines a spe alia in aliam circumducere, ex fortissimis est contra venenum malevolentiae antidotis. Neque certius est judicium prudentis regiminis et rerum administrationis, quam ubi homines spe contineri possit, cum satisfaciendi copia non datur." „Trita sane est sed praecellens periculorum, quae malevolentiae minantur, cautio, ut praevideatur, ne sit caput aliquod ad quod populus infensus et exacerbatus confluere et sub cujus praesidio in corpus aliquod coire possit. Caput ego illum dico et ducem idoneum, qui nobilitate et existimatione celebratur." Aliud remedium haud contemnendum dicit Baco, ut discordiae inter factiosos seminentur. „Postremo in omnes eventus habeant circa se principes personas nonnullas militia et fortitudine spectatas ad reprimendas seditiones in primis motibus."

II. DE PROFERENDIS FINIBUS IMPERII. [124])

Postquam vidimus remedia quibus respublica internis malis occurrit, Baconis sententias audiamus de ratione, qua respublica fines proferat et finitimis terris subactis crescere possit. Quamquam haec ratio, imperium aliquod amplificandi ad prima tantum initia nostrorum regnorum pertinet, quae post dirutum imperium Romanum in Europae diversis partibus consedere, et per medium jam aevum populi se continuere in illis finibus, quos post primam terrae occupationem sibi posuerant; tamen, post novae terrae partem inventam et novas vias

124) Serm. fidel. Tom. X. p. 78. Cum hoc commentario compares dissertationem: Of the true greatness of the kingdom of Britain. Tom. III. p. 410.

maritimas apertas, nova ratio fines proferendi se obtulit, nonnullis populis mari pollentibus. Nec minus, postquam eodem tempore singulae civitates Europae in se quaeque internam vim senserunt, quae membra disjecta cogat et vinculis suis constringat, unitatemque corporis constituat, nonnullae majores etiam tractus terrarum unitate populi et imperii continere posse sibi videbantur. Bella autem quae gesserunt ad finitimas gentes subigendas, effecerunt, ut, et qui impetum fecit populus, et quae restitit gens suae unitatis, communis imperii, quod populi vires contineat, memores fierent. Sed, si casu quodam inter civitates recentiorum temporum uni prospere cessit plures populos sub imperio suo continere, mox resistentibus singulis populis unitas disjecta est et suis quaeque gens parebat legibus; ita ut iis, quos in Europa constitutos videmus populis, illa fines propagandi ratio minime convenire videatur. Quamquam recentioribus temporibus, modo hic, modo alter populus auctoritate sua in systema quoddam politicum omnes Europae populos cogebat, ita tamen, ut semper cumulo potentiae a ceteris populis resisteretur, tamen si unquam civitas praepollens armis bellisque ceteras subigere conata fuerit, hi mox jugum exuerunt. Videmus igitur nostris temporibus civitatem quamque in suis finibus liberam sese continere; nostrae civitates ad altiora tendunt, quam ut fines proferant bellicososque populos exerceant; nostrae civitates vident, se civesque suos summorum bonorum participes esse posse, quibuscunque finibus contineantur. Baco in illam aetatem incidit, cum Hispania ad summum potentiae fastigium pervenisset finibusque longe prolatis, antiqui et novi orbis populos sub imperio suo teneret et validissimas civitates socias haberet et veteranos omnibus bellis exercitatos inimicis objiceret: sed jam de summo

potentiae fastigio descendere vidit Hispaniam, populos subactos libertatis memores fieri, jamque summa auctoritas ad alium populum transire posse videbatur. Anglia, quae non sine rerum optimo successu Hispaniae bellum fecerat, jam tum ad summum potentiae fastigium pervenire posse videbatur et Baco sapientissimis consiliis patriam suam adjuvit.

Primum ingeniose de vera et interna vi potentiaque reipublicae disserit; „Magnitudo imperiorum, quoad molem et territorium, mensurae subjicitur, quoad reditus calculis: numerus civium et capita censu, urbium et oppidorum amplitudo tabellis excipi possunt. Attamen non reperitur inter civilia res errori magis obnoxia, quam verum et intrinsecum excipere valorem, circa vires et copias imperii alicujus. Assimilatur regnum coelorum non glandi aut nuci alicui grandiori sed grano synapis, quod inter grana est minimum; quod tamen habeat, interim, intra se, proprietatem quandam et spiritum innatum, quo se et citius attollat, et latius diffundat: eodem modo invenire est regna et status, ambitu quidem et regionum tractu valde ampla; quae tamen ad fines ulterius proferendos aut latius imperandum, sunt minus apta; alia contra dimensione satis exigua, quae tamen bases, in quibus maximae monarchiae inaedificentur, esse possint.“

„Urbes munitae, plena armamentaria, equorum propagines generosae, currus armati, elephanti, machinae aut tormenta bellica omnigena et similia; sunt certe ista nihil aliud quam ovis induta pelle leonina, nisi gens ipsa stirpe sua et ingenio, sit fortis et militaris.“

„Imo nec numerus ipse copiarum multum juvat, ubi milites imbelles sunt et ignavi.“ „Innumera sunt exempla, quam sit multitudinis cum fortitudine congres-

sus impar. Primo igitur pro re certissima et exploratissima decernatur et statuatur: quod caput omniumquae ad magnitudinem regni aut status spectent, sit, ut populus ipse sit stirpe et ingenio bellicosus."

Quare Baco etiam in commentario de vera magnitudine regni Britanniae [125]) inter ea, quae maxime reipublicae quaerenda sint, refert, ut in armis assuesceret populus et bellicosa ejus natura excitaretur, ut non unus ordo, sed omnes ordines bello gerendo apti fierent. Sed in eodem commentario, ut animus populi promptus et alacer sit ad bella gerenda et ducibus libenter pareat, principibus regni suadet [126]), ut in libera conditione cives habeant. Id etiam in hoc tractatu, quem hic sequimur, exponit. „Neque unquam fiet, ut populus tributis oppressus fortis existat et bellicosus. Verum est collationes publico consensu factas, minus animos subditorum dejicere et deprimere, quam quae ex imperio mero indicuntur." — „Subsidia quae ex consensu conferuntur et quae ex imperio imponuntur, etsi eadem sint, quoad opes exhauriendas, varie tamen omnino animos subditorum afficiunt. Statuatur igitur et hoc, populum tributis gravatum, idoneum ad imperandum non esse."

„Aspirantibus ad magnitudinem regnis et statibus, prorsus cavendum ne nobiles et patricii, atque (quos vocamus) generosi, majorem in modum multiplicentur. Hoc enim eo rem deducit, ut plebs regni sit humilis et

---

125) Fourthly, that it conisteth in this point, that every common subject by the poll be fit to make a soldier, and not only certain conditions, or degrees of men. Vol. III. p. 412.

126) Fifthly, that it consisteth in the temper of the government „fit to keep the subjects in good heart and courage, and not to keep them in the condition of servile vassals. Eod. loco p. 412.

abjecta et nihil aliud fere quam nobilium mancipia et operarii." „In nationibus ubi numerosior justo est nobilitas, erit plebs vilis et ignava atque eo demum res redibit, ut nec centesimum quodque caput sit ad galeam portandum idoneum: praesertim si peditatum spectes qui exercitus plerumque est robur praecipuum." „Anglia quamvis territorio et numero incolarum longe inferior, potiores tamen partes fere semper in bellis obtinuit — in certaminibus cum Gallis —, hanc ipsam ob causam, quod apud Anglos coloni et inferioris ordinis homines, militiae habiles sunt; rustici Gallici non item. Qua in re mirabili quadam et profunda prudentia excogitatum est ab Henrico VII. Angliae rege, ut praedia minora atque domus agricolationis instituerentur, quae habeant certum eumque mediocrem agri modum annexum, qui distrahi non possit; eo fine ut ad victum liberaliorem sufficiat atque agricultura ab iis exerceretur, qui domini fuerint fundi aut saltem usu fructuarii, non conductitii aut mercenarii."

„Danda est omnino opera, ut arbor ista monarchiae qualis fuit Nebuchadnesaris, truncum habeat satis amplum et robustum ad ramos suos et frondes sustentandas; hoc est, ut numeris indigenarum ad subditos extraneos cohibendos satis superque sufficiat. Illi igitur status ad imperii magnitudinem bene comparati sunt qui jus civitatis facile et libenter largiuntur."

Romani jus civitatis prompte elargiebantur, „non singulis tantum personis, sed totis familiis, immo civitatibus et nonnunquam integris nationibus communicaverunt. Huic adde consuetudinem deducendi colonias, quibus Romanae stirpes in solum exterum transplantabantur. Quae duo instituta si simul componas, dices profecto, non Romanos se diffudisse per univer-

sum orbem; sed contra orbem universum se diffudisse super Romanos; quae securissima proferendi imperii est ratio."

Baco recte intellexit populos externos sub alieno imperio ita tantum teneri posse, ut in juris et libertatis participationem vocarentur; hac juris et libertatis communitate diversae stirpes coalescunt.

Omnia autem quae Baco de proferendis finibus imperii disserit, semper revocantur ad hoc consilium, ut spiritus militares populi alantur et augeantur. Quare praecipit, ut „artes mechanicae, quae non sub Dio, sed sub tecto exercentur atque manufacturae delicatae, quae digitum potius quam brachium requirunt" alienigenis tantum permittantur, qui propterea alliciendi aut saltem facile recipiendi sint. At indigenis eas artes destinat, quarum opera robur et lacertos viriles postulant. Vult, ut gens studium armorum profiteatur, „tanquam decus suum et institutum vitae primarium et praecipuo honore habitum." Praeterea ut respublica habilis ad fines proferendos, iis legibus et consuetudinibus utatur „quae justas illi causas aut saltem praetextus arma capessendi tanquam in promptu ministrent." „Aspiranti igitur ad imperium nationi illud in more sit: ut sensum habeat vividum et acrem injuriae alicujus, vel subditis suis limitaneis vel mercatoribus, vel publicis ministris, illatae; neque a prima provocatione diutius torpeat aut tardet. Item prompta sit et alacris ad auxilia mittenda sociis suis et foederatis." Quare Baco milites in magno honore habendos, triumphis, praemiis, donativis et largitionibus ornandos putat. „Maris dominium," quod in illo commentario de vera magnitudine regni Britanniae, quem supra laudavimus, et multis aliis locis admodum commendat patriae suae, „monarchiae quaedam epitomen"

vocat. Praelia navalia quanti fuerint momenti ex multis patere exemplis. „Illud minime dubium, quod qui maris potitur dominio, in magna libertate agit et tantum, quantum velit, de bello sumere potest: ubi contra, qui terrestribus copiis est superior, nihilominus plurimis angustiis conflictatur. At hodie atque apud nos Europaeos, si unquam aut uspiam potentia navalis (quae quidem huic regno Britanniae in dotem cessit) summi ad rerum fastigia momenti est: tum quia pleraque Europae regna mediterranea simpliciter non sunt, sed maxima ex parte mari cincta, tum etiam, quia utriusque Indiae thesauri et opes imperio maris, veluti accessorium quiddam existunt." Si autem Baconem videmus potentiam et salutem reipublicae in bellicosa indole civium ponere, ut fines proferre possit, in hac re Baconem suis de civitatis summo fine sententiis contrarium videmus. Quid enim, si respublica nil expetit nisi latam dominationem? nam populi non sunt, ut respublica sub imperio eos teneat, sed respublica est ad salutem populorum ita, ut summis bonis quae hominibus expetenda sunt, inserviat reipublicae institutum. Id etiam aliis in locis Baco vidit.

IV.

Postquam sententias Baconis de negotiis publicis administrandis exposuimus, breviter qui ejus mores et vita fuerint in muneribus publicis, quibus fungebatur, videamus. Quamquam vitam philosophi nostri minime consentire videmus cum vitae regulis, quas ipse proposuit et valde injucundum nobis spectaculum praebet, cum sapientium doctrinarum auctorem sapienter etiam vivere desideremus: tamen ad hoc opus injucun-

dum accingere nos volumus, quia neque inter nostrates, neque inter Gallos et Anglos, quatenus eos cognovimus, vitam ejus sine ira et studio quisquam hucusque adumbravit. Nostro tandem saeculo opera Baconis omnia collecta sunt, ita, ut nunc demum omnes fontes adsint ad ejus vitam et indolem plene cognoscendam. Qui primi Baconis vitam descripserunt, Rawley et Mallet praeceptorum et doctrinae sapientiam admirati, omnia neglexerunt et rejecerunt, quae ejus mores accusare possent. Ex posteris plurimi hos secuti sunt. Ex omnibus fontibus, qui ad vitam Baconis intelligendam faciunt, hausisse videtur Basil Montagu in vita Baconis quam novissimae Baconis editioni 1837 adjecit, sed nunquam vidi neque hanc editionem, neque hunc de Baconis vita commentarium. Sed si fidem habere possumus judicio, quod Edinburgh Review July 1837 tulit, quodque Hallamus laudavit, hujus vitae auctor inter omnes maximo partium studio ad nimiam Baconis laudem seductus est.

Quomodo vitam suam Baco instituerit, cum judiciis et negotiis publicis interesset, commentarius jam dictus in Edinburgh Review exponere conatur; cumque extremae parti eorum qui libertatem volunt faveat auctor, Baconem condemnat. Quamvis haud pauca sint, quae non probamus, hic tamen inter omnes justissime de Bacone judicavit, sed nunquam fontes nominavit, e quibus hauserit. Quod nos summa cum diligentia faciemus. Ceterum non vitam ejus, sed mores, quos in negotiis publicis administrandis habuit, describere et exemplis illustrare instituimus.

Quodsi in universum vitam ejus, quam publice degit, intuemur, conspicimus virum, sui tantum commodi studiosum, iis, qui auctoritate pollent, assentantem, utilitatem reipublicae suo commodo postponentem, cui ne-

que amicitiae vincula, neque veri persuasio, neque judicis munus sacrosanctum tanti momenti videretur, ut non principis favorem, omnibus illis rejectis, turpissime captaret; cui omnia essent venalia, dummodo insano magnificentiae studio, quo ducebatur, satisfieret. Haec viri imago nobis objicitur scripta ejus, epistolas et orationes legentibus et relegentibus.

Anno 1590 Baco extraordinarius consiliarius reginae factus est; anno 159$\frac{2}{3}$ ex provincia Middlesex in curiam regni [126]) electus est, annos 32 natus. Magna eloquentia valebat et historiae patriae suae peritissimus erat, Ita aptissimus videbatur et principis et populi favorem sibi aeque conciliare.

Anno 1593 fere excidit gratia Elisabethae. Voluit enim, ut pecuniae subsidiariae, quarum triplicem summam regina proposcit, intra sex demum annos concederentur, cum regina eas ad eum ipsum annum posceret [127]). De hac una re, si totam ejus vitam publicam intueris, aperte et libere disseruit. Cum vero vidisset quam moleste regina et amici ejus libertatem ferrent, turpissime deprecari coepit [128]). Ex hoc tempore obedientissimus factus est iis, qui rebus summis praeerant. Quas partes egerit

---

126) Ann. ad litteras, quas dedit Baco ad comitem Puckering Tom. VI. p. 3.

127) Edinburgh Review l. c. partem hujus orationis a. B. habitae describit; in Parliamentary history. London 1806. Tom. I, non inveni; „Sir Edmond d'Ewes journal p. 493. in quo libro contineri eam dicit adnotatio ad epistolam jam laudatam" to Lord Puckering, non vidi sed.:

128) Apparet ex illa ipsa epistola; ex „Letter to the Lord treasurer Burleigh, in excuse of his speech in parliament against the triple subsidy, April 1593. Tom. V. p. 203.; cfr. Mr. Fr. Bacon to the queen 1593. Tom. VI. p. 6. 7. — Cfr. Parliamentary history Tom. I. p. 870. et Hallam: Constitut. history. Tom. I. chap. 1. p, 353. —

ignominiosas in Roberto, comite ab Essex, ex alto honoris gradu praecipitando, cum satis notum sit, praetermittimus. Quam inhoneste in hac re egerit, apertissime intelligitur ex ipsa ejus apologia quam ad se defendendum sub initio regni Jacobi scripsit [129]), qui comiti illi damnato et ejus partibus amicissimus erat.

Ceterum Jacobus, literarum peritissimus, mox Baconis ingenium, artes et peritiam cognovit et celeriter per diversos gradus honorum et dignitatum promovit. A. 1617 consiliarius regis ordinarius factus est. Hoc tempore prudentia sua adjuvabat, quod Jacobus de Scotia et Anglia sub uno imperio amicissime conjungendis cogitabat [130]); adjuvabat regem consiliis prudentissimis et ingeniosis; sed frustra. Feliciorem eventum res postnatorum Scotiae habebat, quam egit [131]). Illo tempore de recognitione legum Anglicarum cogitabat [132]). Quas summas regulas

---

129) Cfr. Apology of Sir Fr. Bacon in certain imputations concerning the late earl of Essex. Tom. III. p. 211.; cfr. Letter to the earl of Southhampton 1603. Tom. V.

130) Certain articles or considerations touching the union of the kingdoms of England and Scotland. Tom. III. p. 267.

The certificate or return of the commissioners of England and Scotland, authorised to treat of an union. Eod. loc. p. 268.

A speech in the house of commons, concerning the article of the general naturalisation of the Scotish nation. Eod. loc. p. 290.

A speech in the lower house of parliament, by occasion of the motion concerning the union of laws. Eod. loc. p. 310. Vide Hallam quoque Tom. I. ch. VI.

131) The argument in the case of the postnati of Scotland, in the exchequer chamber. Tom. IV. p. 319.

132) An offer to king James of a digest, to be made of the laws of England. Tom. IV. p. 375.

A proposition touching the compiling and amendment of the laws of England. Tom. IV. p. 375.

Annot. Jam 1596 sub Elisabetha scripsit Baco: „the Elements of the common laws of England.“

in hac re secutus sit, in commentario „de fontibus juris sive de justitia universali“ legimus.

Sed quid dicimus? Dum ad haec opera cogitationes intendit, ut bene de republica mereret, ignominiosae injuriae contra virum probissimum suasorem et instrumentum se fieri passus est [133]), contra Oliver St. John!

Sed ignominiosis improbitatibus assuefactus animus ejus ulterius progressus est, cum concionatorem quendam Peacham nomine criminis laesae majestatis accusatum ob orationem, quae apud eum inventa, sed nunquam ab eo habita est, damnaret [134]). Cum judices, quamquam fere omnes pretio corrumpi poterant illis temporibus et facile regibus obtemperabant, neque in re ipsa, cujus accusatus esset, neque in legibus, secundam quas dijudicanda erat, causam virum illum damnandi invenissent, Baco accusatum tradidit tormentis, quae jam sub Elisa-

---

133) Cfr. Letter 113 to the king, reporting the state of Lord chancellor Ellesmeres health. Tom. V. 343. Cfr. Letter 114 to the king „touching Peachams business“ p. 347. Vide Tom. IV. The charge given by Sir Bacon, knight against M. Oliver St. John for scandalizing and traducing in the public sessions, Letters sent from the lords of the council touching the benevolence.

134) De hac re confer: „Interrogations where upon Peacham is to be examined. Tom. V. p. 336. Letter 111. To the king concerning Peachams cause Jan. 21, 1614. Letter 112. To the king touching Peachams cause Jan. 27, 1614. Vid. quoque annotationem ad has litteras. Tom. V. 338. Letter 114. To the king touching Peachams business. Jan. 31. 1614. p. 343. Tom. V. p. 356. — Vide quoque:

1. The examination of Edmund Peacham at the tower, March 10, 1614. „Examinat'“ per Fr. Bacon; Ger. Helwysse; Ranulph Crewe; H. Yelverton. Tom. V. 356.

2. The true state of the question, wether Peacham's case be treason, or not. In the handwriting of his king, James

3. Cfr. quoque: Letter to the king, March 12, 1614. Tom. VI. p. 7. 8. et adnotationem ad has litteras.

betha abrogata fuerant; et quae reus inter tormenta confessus est, contra eum adhibuit. Cum jam omnes judices a Bacone corrupti essent, jamdudum ejus adversarius Lord Coke restitit: mox et hic cessit auctoritati Baconis et Jacobi regis. Infelix ille condemnatus est et in carcere obiit. — Profecto de Bacone ipso dicendum est quod dixit: „Sunt viri scientia tanquam angeli alati, cupiditatibus vero tanquam serpentes, qui humi reptant“ [135]). Sed videamus, quae porro sequuntur. Prius quam Sommerset ex alto dignitatis gradu praecipitaretur, quem facinorum suorum (Overbury's veneficium) memoria excruciabat, Baco, qui multo mentis acumine in domo regis, quae agitabantur circumspiciebat, vidit amorem et studium, quo rex Georgium Villiers caeteris praeferebat. Mox irrepsit in gratiam hujus adolescentis saevi et prodigi, quem omni modo adjuvit et provexit. Qui, cum his auxiliis adjutus ad altum dignitatis gradum pervenisset, mutua Baconi officia praestitit. Ita Baco 1616 privatus consiliarius ab intimis regis factus est; anno 1617, cum comes Brackley hoc munere sese abdicasset, summus sigilli custos. Mense Majo die VII hunc magistratum adiens insignem orationem habuit, qua magnam de se fecit spem [136]). Nemo novit melius officia sua, nemo turpius neglexit.

Nunquam Angliae vires magis depressae et imminutae, judiciorum auctoritas magis debilitata, reipublicae potentia, qua externos populos domuit, magis dejecta videbatur, quam illis annis, cum Baco summis reipublicae negotiis praeesset. Videmus catholicos in Germania

---

135) De Augm. scient. Lib. V. c. I. (Tom. VII. p. 243.)

136) The effect of that which was spoken by the Lord Keeper of the great seal of England, at the taking of his place in chancery. Tom. IV. p. 486.

victores, novis sacris addictos principes, regi Anglorum affines, superatos, profugos, exules, frustra auxilium Angliae implorantes. Dum omnia regna ad arma currunt, auxilium ferunt sociis suis in Germania adflictis, Angli desides quiescunt. Opes Angliae exhauriuntur, non ad sublevandas vires sociorum, sed ad locupletandos amicos regis — Buckinghamum et asseclas — viros ultra modum prodigos, ut divitiarum copia et luxuria omnes Angliae nobiles vincere possint. Judiciorum auctoritati illuditur, dum Raleigh, quaestione de ejus causa non rite et recte instituta, injuste damnatur. Non Baconem solum accusamus sed regem Jacobum et ejus amicum. Sed Baco, officiorum suorum immemor, illis non restitit, qui patriam depresserunt et exhauserunt. Fere in omnibus, quae agebat, sapientissimis suis consiliis, quae ipse dedit, contrarius est[137]). Ut curam ejus de publicis negotiis administrandis videamus, sufficit unius rei mentionem facere. Cum enim duorum viris, Mompesson et Michell quaestus omnis mercis alicujus, unde magnus fructus expectandus erat[138]), concessus esset, hisque viris vim et violentas exactiones adhibere permissum esset, populus exstitit contra has injustitias. Quid autem Baco? Non remedia quaesivit malo, sed viros illos coegit ut exactionum et redituum suorum maximam partem equiti

137) Litteras ejus confer omnes quas ad Buckingham et ad regem dedit.

138) De hac re confer: Hume history of England: James I. chap. IV. annum 1621. Hallam constitut. history, James I. chap. VI. Tom. I. p. 468. Vid. in oper Baconis Letter 163. To the Lord Viscount Villiers. Nov. 13, 1616. Letter to the king 212. Dec. 4, 1618. p. 451. et p. 512 Tom. V. Cfr. Buckingham's letter to the Lord Chancellor. Jan. 11, 1617. Tom. III. p. 188.; Letter of Buckingham. Febr. 7. 1617. Tom. VI. p. 194:

Eduardo Villiers, Buckinghami fratri cederent[139]). Nec minus quae Baco judex egit reprobanda sunt. Fere in omnibus causis dijudicandis a Buckinghami auctoritate pendebat, quod facile ex litteris Baconis ad hunc virum datis et ex deliberationibus, quas cum eo habuit, colligitur. Sed si Buckinghamus adolescentiae levitate et imperitiae insolentia excusari potest, cum non rem publicam sed voluptates suas et honores consanguineorum, assentatorum, pretia concubinarum suarum curaret; Baco nullo modo excusari potest, cum in negotiis publicis exercitatus, legum et officiorum judicis peritissimus, quae vera civitatis salus sit, ex philosophia edoctus, in judiciis ferendis auctoritati privati hominis perditissimi cederet. Semel tantum sententiae Buckinghami restitit in re quadam privata (quam hic accuratius exponere omittimus) non quod rectum justumque tenuit, sed quod adversario (Coke) quocum jam dudum inimicitias exercuerat, hac ratione nocere voluit. Animo humili et abjecto deinde Buckinghamum iratum et superbum expiare voluit. Ita nunquam suo, sed aliorum consiliis, aliorum auctoritati obediens, nunquam ipsa recti bonique lege ductus, multa commisit in publicis negotiis, quibus praeerat, legesque saepe violavit. Quin ipse et ii quibus praeerat, saepe pretio corrupti sunt ab iis, quorum causae in Cancellaria curia agebantur. Ob hanc rem denique accusatus est. Quam causam, cum notissima sit et actis forensibus comprobata praetermittimus. Sed tantum impugnamus, quod

139) De hac re conferas: Letter of Bacon to the king (Tom. VI. p. 157.) quae data est July 25, 1617. Letter of the king in answer to his Lordships letter; Letter of Buckingham to the Lord Keeper Bacon. July 1617. Tom. VI. p. 161. et 165. Cfr. Edinburgh Review. July 1837. p. 47. et nonnullas alias Baconis epistolas, quas exhibere hic praetermitto.

plerumque narratur, Baconem accusatum, ab rege et ejus amico derelictum et quasi furori populi permissum esse, cum sic tantum notam publicam effugere potuissent. Neque in epistolis, neque in actis in historia curiae regni (Parliamentary history Tom. I.) quidquam invenimus, quod ad hanc sententiam facere possit. Imo potius rex et amici ejus tueri eum non poterant. Accusatores quoque et judices clementer eum tractarunt. Judices misericordia permoti, remiserunt ei, ut non ante cancellos appareret, qui intra cancellos saepe judex consederat [140]). Poenam, qua secundum aequum et justum judicium, judices eum afficere constituerunt, rex illico levavit; a. 1624 penitus remisit. Beneficium ei annuum 1500 librarum sterlinorum concessit. Baco usque ad vitae finem locupletem et copiosam vitam agebat, remotus a negotiis publicis; literis tantum philosophicis intentus anno 1626, primo die festi Paschalis obiit.

Haec sufficiant lineamenta et exempla ad mores Baconis adumbrandas, ad rationem qua vitam publicam instituerit describendam, cum vitam ejus referre hoc loco nobis non sumpserimus.

Cum sapientia Baconis consilia non ex summa lege quadam derivari, sed magis ad tempus inventa, temporique saepe accommodata videamus, non miramus, quod in adhibendis suis regulis ad publica negotia administranda saepe prudentia et peritia personas, tempora et suum commodum spectante, magis quam vera ex reram natura fluente sapienta usus fuerit.

---

140) Vide the passages in parliament against Francis Viscount St. Alhan, Lord Chancellor of England. Anno domini 1620 and 1621. Tom. IV. p. 326.:
„having his excuse of not attending by reason of infirmity etc. Vide quoque Parliamentery History. Tom. I.

AUCTORIS VITA.

Carolus Jacobus Friedlaender, Berolinensis, natus sum die quarto ante idus Junias a. 1817 patre Nathane Friedlaender, quem jamdudum mors abstulit, philosophiae et medicinae doctore, medico peritissimo, nec non in hac Universitate Friderica Guilelma privatim docente, matre Elisabetha e gente Riess; religioni Mosaicae addictus. Patria domo privato praeceptore institutus, elementa in Collegio Franco-Gallico duce Palmié, viro venerabili, didici. Deinde ad Scholas Friderico-Werderanias, quae tum florebant Ribbeckio praesule, viro ingenioso transii, unde anno 1836 examine probatus ad almam Universitam Berolinensem me contuli. Primum animo propositum erat patris exemplum sequi et medicorum arti operam dare. Audivi viros ill. Hecker, Kunth, Mueller, Mitscherlich, Magnus, Schlemm, Burmeister. Sed jam tum desiderium me cepit altius in rerum naturam inquirendi, in quibus studiis philosophiam mihi ducem fore speravi. Quare viros ill. Gabler et Erdmann de summis philosophiae capitibus disserentes audivi. Sed cum omnibus viribus his studiis incumberem, gravissimus mihi morbus

accidit, qui plus duobus annis a studiis academicis me detinuit. Sed hoc morbo contra omnium expectationem superato, ad nova in universitate alma studia me accinxi; sed nunc philosophiae tantum, quae mihi in morbo auxilio et consolationi fuerat, incumbere institui. Quare nunc philosophos audivi, viros ill. Gabler, Steffens, Trendelenburg, Werder, Vatke, Hotho denique Schellingium. In historicis studiis eximium habui ducem virum ill. Ranke. In litteris philologicis Boekh, Zumpt, Panofka magistros secutus sum. Quibus omnibus hac occasione data summas gratias refero.

THESES.

1) *Hobbesii Spinozaeque principia ad rem publicam constituendam non sufficere.*
2) *Baconem principia nova ad scientias naturales augendas excolendasque non invenisse.*
3) *Organismum ex pura puta materia ejusque viribus insitis explicare velle, et rationi et experientiae adversari.*
4) *Cartesii rationes ad dei existentiam demonstrandam non esse metaphysicas, sed logicas.*
5) *Non omnia naturae principia experientia posse demonstrari.*

Errata.

Pag.	3	lin.	7	lege	virili	pro	vili.
„	5	„	1	„	sufficiunt	„	sufficuint.
„	„	„	8	„	necesse	„	recesse.
„	12	„	3	„	numerum	„	numeroum
„	16	„	5	„	which	„	whichi
„	18	„	6	„	occurrunt	„	occurruunt.
„	46	„	24	„	wish	„	wich.
„	61	„	6	„	efficaces	„	effiaces.